


287542

dono datus 14
Parochio Pet. Kem.
auctore. Illo. 2
Prayos. Color. Epfo. vlm. Lcns.

1793.



XVII . 2.
CENSURA
RELIGIONARIO - POLITICA

LIBELLI, CUI TITULUS:
DECLARATIO
STATUUM CATHOLICORUM

QUAESTIONES

AD CONVENTUM, CATHOLICUM,
DIE XXX. NOVEMBR. 1790.

A P U D

ARCHI-EPISCOPUM
COLOCENSEM CELEBRATUM,
NON INFLUXERUNT.

EDITIO SECUNDA

Nonnullis Exoptata, & locupletior:



1792.

Hæc placuit semel,




Hæc decies repetita placebit.



Horat. in Arte.



287542





PARAENESIS.

A d DD. Catholicos, Auctoris (ut ille ait)
Collegas, qui se a Venerabili Conventu Catho-
licorum in Negotio Religionis die 20. Nov.
Anno 1790 celebrato absentarunt.

Extare Præceptum divinum de Fide Aet
etiam externo confitenda , vos ipsi mei DD.
(ut nullus dubito) pro Fidei Dogmate habe-
bitis ? An illud itaque per nupernam absentati-
onem vestram violaveritis , nec ne ? animo vos
omniro angi est necesse . Res etenim non mo-
do admodum gravis , momentosa & haec tenus
inaudita est ; ut unius ejusdemque Religionis
Sectatores eo ipso tempore , dum de ea , ejus-
que juribus conservandis promovendisque agi-
tur , a toto se se Sacerdotio separent , & gre-
gatim , abscindant ; verum etiam summum in

fidelitatis in divinam Majestatem argumentum!
Judicate vos ipsi : quid de iis Protestantibus
censeretis, qui dum ministri eorum de religi-
one sua manutenenda provehendaque ferven-
ter in medium consulerent, se ab illis non mo-
do quocunque sub prætextu separarent, sed
eos etiam propter ea, (quod vos facitis), sugilla-
rent? edidistis profecto exemplum, DD. mei,
sed eheu! Herostratis, qui, ut perennem Sui me-
moriā relinqueret; celeberrimum illud Dianæ
Ephesinæ templū succedit. Atque inde in-
de inferte, quam & Religioni & DEO injurii
fueritis. Vivum certe Verbi Dei vivi verbum
est : *Qui me erubuerit & Sermones meos, bunc*
Filius Hominis erubescet in Majestate sua. Luc.
9. Fides inquit S. August. L. de Fide & Symb.

a nobis exigit, officium, & cordis & Linguae?
„ Et D. Thomas 2.2. q. 3. a. 2. & alibi. Præ-
„ ceptum, inquit: Fidei exterius confitendæ
„ obligat præterea toties, quoties per omissionem
„ subtraheretur honor DEO & Sanctis debitus.—
„ Item: quando ex Taciturnitate sequeretur
„ imminutio existimationis, nedum contemptus
„ veræ Religionis. Ut ab oppsito: Si incrementum
„ vel confirmatio accederet doctrinæ infidelium:
„ Sic etiam, si Scandalum præberetur Catho-
„ licis & jubilandi occasio hæreticis, —
„ Tunt denique, quando Testimonium publi-
„ cum necessarium foret ad reprimendos Aca-
„ tholicorum Conatus. Haec tenus Angelicus, cum
„ Communi DD. si non quoad voces singulas,
„ at certe quoad singulas sententias. „
A p p l i c a t e nunc eas vobis per partes, quæ-

rite ex vobis metipsis; an per vestram illam ab-
sentationem nihil sit sub tractum Culuti, DEO
& Sanctis ac cum primis magnæ Matri debito?
Num **Vestra** Taciturnitate non sit imminuta exi-
stimatio Religionis Romano Catholicæ, atque u-
na robur additum Protestantismo ita, ut si vos
cum sacro illo conventu unanimes fuissetis;
Protestantes vestri, non omnia ea impetrassent,
quæ jam impetrarunt? An orbi Catholico non
sit datum Scandalum per Secessionem a toto
Clero & defensionem partis adversæ? an his
in circumstantiis non fuerit necessaria vestra pu-
blica fidei vestræ confessio, tum ad vos Ca-
tholicos declarandos tum ad reprimendos aca-
tholicorum ad deprimendam Religionem Catho-
licam intentos Conatus?

At-

Atque hæc in genere & exempli causa dicta
funto: procedite vos ulterius, & scrutetur u-
nusquisque conscientiam suam, feratque de se-
metipso Sententiam, ejusmodi tamen, quæ in
divino quoque Tribunalis subsistat, ad quod nem-
pe: serius aut citius evocabimini, memores,
memoriaque repetentes: Proceres illos, qui
Bocskaij hujusmodi Libertatum pro Acatholi-
cis extortarum auctuori, adhæserunt, ulciscente Nu-
mine intra quatuor, vel quinque annos, om-
nes periisse: ego interea ad assumptam libelli
censuram progrediar.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1200
1201
1202
1203
1204
1205
1206
1207
1208
1209
1209
1210
1211
1212
1213
1214
1215
1216
1217
1218
1219
1219
1220
1221
1222
1223
1224
1225
1226
1227
1228
1229
1229
1230
1231
1232
1233
1234
1235
1236
1237
1238
1239
1239
1240
1241
1242
1243
1244
1245
1246
1247
1248
1249
1249
1250
1251
1252
1253
1254
1255
1256
1257
1258
1259
1259
1260
1261
1262
1263
1264
1265
1266
1267
1268
1269
1269
1270
1271
1272
1273
1274
1275
1276
1277
1278
1279
1279
1280
1281
1282
1283
1284
1285
1286
1287
1288
1289
1289
1290
1291
1292
1293
1294
1295
1296
1297
1298
1299
1300
1301
1302
1303
1304
1305
1306
1307
1308
1309
1309
1310
1311
1312
1313
1314
1315
1316
1317
1318
1319
1319
1320
1321
1322
1323
1324
1325
1326
1327
1328
1329
1329
1330
1331
1332
1333
1334
1335
1336
1337
1338
1339
1339
1340
1341
1342
1343
1344
1345
1346
1347
1348
1349
1349
1350
1351
1352
1353
1354
1355
1356
1357
1358
1359
1359
1360
1361
1362
1363
1364
1365
1366
1367
1368
1369
1369
1370
1371
1372
1373
1374
1375
1376
1377
1378
1379
1379
1380
1381
1382
1383
1384
1385
1386
1387
1388
1389
1389
1390
1391
1392
1393
1394
1395
1396
1397
1398
1399
1400
1401
1402
1403
1404
1405
1406
1407
1408
1409
1409
1410
1411
1412
1413
1414
1415
1416
1417
1418
1419
1419
1420
1421
1422
1423
1424
1425
1426
1427
1428
1429
1429
1430
1431
1432
1433
1434
1435
1436
1437
1438
1439
1439
1440
1441
1442
1443
1444
1445
1446
1447
1448
1449
1449
1450
1451
1452
1453
1454
1455
1456
1457
1458
1459
1459
1460
1461
1462
1463
1464
1465
1466
1467
1468
1469
1469
1470
1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1489
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1498
1499
1500
1501
1502
1503
1504
1505
1506
1507
1508
1509
1509
1510
1511
1512
1513
1514
1515
1516
1517
1518
1519
1519
1520
1521
1522
1523
1524
1525
1526
1527
1528
1529
1529
1530
1531
1532
1533
1534
1535
1536
1537
1538
1539
1539
1540
1541
1542
1543
1544
1545
1546
1547
1548
1549
1549
1550
1551
1552
1553
1554
1555
1556
1557
1558
1559
1559
1560
1561
1562
1563
1564
1565
1566
1567
1568
1569
1569
1570
1571
1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1589
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1598
1599
1600
1601
1602
1603
1604
1605
1606
1607
1608
1609
1609
1610
1611
1612
1613
1614
1615
1616
1617
1618
1619
1619
1620
1621
1622
1623
1624
1625
1626
1627
1628
1629
1629
1630
1631
1632
1633
1634
1635
1636
1637
1638
1639
1639
1640
1641
1642
1643
1644
1645
1646
1647
1648
1649
1649
1650
1651
1652
1653
1654
1655
1656
1657
1658
1659
1659
1660
1661
1662
1663
1664
1665
1666
1667
1668
1669
1669
1670
1671
1672
1673
1674
1675
1676
1677
1678
1679
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1689
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1698
1699
1700
1701
1702
1703
1704
1705
1706
1707
1708
1709
1709
1710
1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900
1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1909
1910
1911
1912
1913
1914
1915
1916
1917
1918
1919
1919
1920
1921
1922
1923
1924
1925
1926
1927
1928
1929
1929
1930
1931
1932
1933
1934
1935
1936
1937
1938
1939
1939
1940
1941
1942
1943
1944
1945
1946
1947
1948
1949
1949
1950
1951
1952
1953
1954
1955
1956
1957
1958
1959
1959
1960
1961
1962
1963
1964
1965
1966
1967
1968
1969
1969
1970
1971
1972
1973
1974
1975
1976
1977
1978
1979
1979
1980
1981
1982
1983
1984
1985
1986
1987
1988
1989
1989
1990
1991
1992
1993
1994
1995
1996
1997
1998
1999
2000
2001
2002
2003
2004
2005
2006
2007
2008
2009
2009
2010
2011
2012
2013
2014
2015
2016
2017
2018
2019
2019
2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2029
2030
2031
2032
2033
2034
2035
2036
2037
2038
2039
2039
2040
2041
2042
2043
2044
2045
2046
2047
2048
2049
2049
2050
2051
2052
2053
2054
2055
2056
2057
2058
2059
2059
2060
2061
2062
2063
2064
2065
2066
2067
2068
2069
2069
2070
2071
2072
2073
2074
2075
2076
2077
2078
2079
2079
2080
2081
2082
2083
2084
2085
2086
2087
2088
2089
2089
2090
2091
2092
2093
2094
2095
2096
2097
2098
2099
2099
2100
2101
2102
2103
2104
2105
2106
2107
2108
2109
2109
2110
2111
2112
2113
2114
2115
2116
2117
2118
2119
2119
2120
2121
2122
2123
2124
2125
2126
2127
2128
2129
2129
2130
2131
2132
2133
2134
2135
2136
2137
2138
2139
2139
2140
2141
2142
2143
2144
2145
2146
2147
2148
2149
2149
2150
2151
2152
2153
2154
2155
2156
2157
2158
2159
2159
2160
2161
2162
2163
2164
2165
2166
2167
2168
2169
2169
2170
2171
2172
2173
2174
2175
2176
2177
2178

Quemadmodum autem Jannes & Mambres resistierunt Moysi; ita & hi resistens veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.

2. Tim. 3. 8.

SANCTI STEPHANI
REGIS DECRETORUM LIBRO I.

AD

SANCTUM EMERICUM
DUCEM

Cap. 3. §. 1. & 2.

„Charissime Fili Seniores illos ita custo-
„dias, sicut oculorum pupillas — Illos
„enim Deus humani generis constituit
„Custodes — Ac Divini Sacramen-
ti Dispensatores &c,

Imo, Si prudentiorem, in tenebrisca sua generatione Advocatum, Rabula se præstare vellet: Alterius etiam, quam adhuc egit causæ aliquam iniquæ depositionem, Principalibus suis, modis omnibus persuadere niteretur: Nunquam nimirum deinceps suam Majestatem SSam, ac Inlytos SS- & OO. molestandi, pro libero a Sacris Catholicorum, ad Protestantes transitu obtinendo. Istud enim attentando, illi ipsi præsentissimum adirent periculum atmittendi, vel liberum illud religionis suæ exercitium, quo adhuc precario utebantur.

Nemini enim magis, quam ipsis notum esse debet; qua conditione illud obtinuerint, retineantque etiamnum. Nonne absque Religionis (Verba sunt Pacificationis Viennensis) Romano Catholicæ præjudicio. Quid autem quæso: poterit huie accidere præjudiciosius, quam ejusdem ejuratio, contemptus, diminutio?

Nisi fors sibi polliceatur Rubula: palpum a se nobis obtrusum iri, illo Zophismate, quo alleget: Non oportete, pro Apostatis haberi illos, qui è Romano - Catholicis sunt Protestantes; eo quod transeant, ad religionem opinione sua salvificam; ut sola hæc prohibitio obstet, quomodo pars Major Hungariae Protestantica evadat. Nihil inquam: hinc subsidii Rabulæ.

Sic.

Si quid enim ponderis huic inesset rationi, jam ipsa adeo Apostasiæ notio e medio tolleretur.

Neminem enim, nisi omnis omnino ratio-
nis expertem reperiri posse existim: qui Religio-
nem, quam deserta priore amplectitur, reputet es-
se non salvificam. Tuque etiam ḥ Rabula, si olim
Mahumetanus (quod spargebatur) factus fuisses,
hac nunquid formula, voluisses te esse excusatum
ab Apostasiæ criminē?

Quod vero addis: sublata hac, transitus prohi-
bitione Majorem Hungariæ partem, intra breve
tempus Protestantismo nomen daturam; istud ipsum
evidenti argumento est; illum: malam herbam esse,
quæ cito crescat, nisi eradicetur.

Cæterum longe alia sunt nostræ Fidei funda-
menta, atque inter reliqua illud; quodquamvis Via
spaciosa sit, quæ dicit ad perniciem, multi tamen
sunt qui sequntur illam, ut ajebat Christus Domi-
nus apud Matt. 7. 13. Quare præterquam quod
nos negemus Protestanticam Religionem esse salvi-
ficam, nostram insuper fidem per omnia salvificam
esse profitemur. Quod nec acatholici nostri infici-
antur, ut adeo transitus ab ista ad illam et rati-
one: Terminii a quo, & ratione termini: ad quem
sit habendus pro Apostasia: utpote perfidum a Ve-

ra Religione transfigum ad falsam, in quo solo consistit ratio Apostasiæ a Fide.

Nec solius status Catholici est hæc sententia; sed communis quædam Regni tribunalium technica vox. Stylo namque jam dudum in Judiciis recepto, Rei ejusmodi desertionum, hactenus non nisi de Apostasiæ crimine postulabantur, ut adeo nec habemamus vocem aliam, qua ipsos compellemus. Si igitur velis ḥ Rabula, Vocabuli significationem mutare, tolle prius communem hominum acceptationem, a qua vobis pendet notio.

Quod tamen nec tuæ, nec tuorum subest jam amplius potestati, posteaquam videlicet res ipsa, non menatione Apostasiæ significata Corpori Juris Nostrí Locis pluribus existit inarticulata.

Ego hic beruitatis causa unum dumtaxat, eumque proximum laudabo, Articulum nimirum: 26. 1791. Is enim §. 13. *Transitum a Catholica Religione, ad alterutram ex Evangelicis, ex sensu Pacificationum receptis, Catholicæ Religionis Principiis adversari declaravit.* Ex quibus quidem Verbis, esto alia omnia decessent argumenta.

Demonstratione ipsa probatur: Transitum hunc esse Apostaticum. Religionem siquidem salvificam non adversari salvificæ, tam certum atque indubi-

latum est , quam quod veritas non opponatur ve-
ritati, cum igitur Religio Catholica ab ipsis adeo
Protestantibus agnoscatur pro salvifica , consequens
utique est : Religionem illorum non esse salvificam —
Jam vero Transitum a Religione salvifica ad non
salvificam Quis neget esse formatam a Fide Aposto-
lasm ; ut adeo vel vi hujus solius articuli evidens
sit : Transitum dictum esse, apud nos etiam *Articu-*
lariter Apostaticum. Q. e. D.

Si igitur Rabula vel micam prudentiae habet ,
si quid pro se suisque Protestantibus sapit ; ad hor-
etur illos: ut contenti sint suo tolerantiae privile-
gio. Et desinat solicitare, sive Publicum: ad per-
mittendum, sive privatos : ad perpetrandum Apo-
stasiæ crimen. Pro comperto habentes ; nulla alia
de causa citius se privandos Sectæ suæ exercitio ,
quam prævaricatione Sphi decimi tertii ex articulo
26. 1791. modo laudai, Juxta illam videlicet Juris
etiam Patri; Regulam : Meretur privilegium amittie-
re, qui concessa sibi abutitur potestate. Pag. 2. Tit.
12. §. I.

Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari,

i. Paral. 16. 22.

AND calcem perduxeram Dissertationem meam, Cui : *Phaetontes Hungariae* : nomen indidi, usus Opportunitate, ab ipsa Protestantium Historia, quam illi : Diplomaticam appellant, mihi oblata. Hujus etenim Auctor, ubi de fatis, quarum Causam agit Confessionum, post pacificationem Licensem evenientibus differit ; similitudine utitur ista : *Sol ubi ad Solsticium æstivum ascendit, parum ibi moratus, proximus descendit. Et c. Quæ quidem si Mythologice adumbrare velis ; fabulam profecto Phaetonica aptiorem haud invenies, nisi fors casus ille Icari tibi præplaceret ? Elige utrum voles : Nam Epitaphium, quod in futurum quoque (ut Spes est) servire queat, pro utriusque Mausoleo paratum invenies apud Ovidium. Ac pro altero hoc quidem celebre illud.*

Icarus Icarias, Nomine fecit aquas !

Mihi vero, cum jam semel symbolum Phaetontis placuerit ; sepulchralis ejusdem inscriptio, Citra notam inconstantiaz displicere non potest, præsertim cum

hæc præ illa, insuper magis sit prognostica, sic e-
tenim habet:

*Hic serus est Phæton currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis!*

Dum itaque Dissertationem, hoc (ut ajebam) Nomi-
ne insignitam terminassem, ac proinde otium ua-
na nanciscerer, alio quoque animum divertendi, ve-
nit in manus meas famosus iste Libellus, Cui nem-
pe Titulus: *Declaratio. &c.*

2.) Licet autem in principio obiter dumtaxat illum
percurrissem, ubi ubi tamen aperiebam, Offenderunt
nares meas dipteræ ex quavis pagella factorem con-
fertim exhalantia, ut rem veluti nauseabilem, &
camarina dignam, illico abjiciendam censerem, factu-
rusque eram istud haud dubie; nisi ad titulum O-
pusculi casu reversus animadvertissem: ab eujusdem
Auctore pro principali, Maledicentiæ scopo præfixum
esse: Sacrum Unius integri status, ejusque primi,
Prælatorum videlicet: nec non aliorum sane Illust-
rium, e reliquis etiam statibus & Ordinibus causa
Religionis se se magno numero unientium Virorum
Conventum.

Quorum equidem veluti murum pro Domo DEI
se se strenue opponentium, defendantorum ergo, non

modo

modo fastidium quodquis superandum, verum etiam summi quique labores ab unoquovis Catholicorum sunt suscipiendi, atque pro modulo & viribus exstantlandi. Nemo igitur sit, qui putet: Consilium istud: Vindictæ! sed Vindiciarum unice causa. a me initum fuisse, tantoque promptius, ac potiori Jure istud quod ex ipsa, cuius memini. Liberculi prævia volutatione deprehenderim esse scriptorem illius, de grege eorum, quos Sacræ etiam litteræ admodum de testantur, & redargui volunt verbis præscriptis: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non Consideras?* Luc. 6. 41. Quemve trivium ipsam illo turpitudinis signavit stigmate:

Turpe est Doctori, cum Culpa redarguit ipsum!

3.) Is enim est, qui tum alias aliis, tum specialiter pag. 33. SSam. suam Mattem præsumvit sic inrerpellare: *Præterea urget nos adhuc Conscientia, ut quid quid melius, in materia hac arbitramur, eloquamur!* Quasi vero accatholicorum, quorum favoribus auctoridis, totum hoc absentationis ausum, hactenus inauditum, est alioquin immolatum; conscientia teneriore esset, atque sit Catholicorum? Cum ab opposito certissimum sit: Protestantes vi suorum principiorum, eam non posse non habere Liberiorem, ut qui haud dubitarent, de sua salute, esto fierent Catholicci, contra-

tra quam isti, qui salutem impossibilem esse credunt: extra suam Religionem. Quid quod vocibus illis: *Libertas conscientiarum*, & olim velut classico usi fuere ad secessionem, & nunc utuntur ad faciendum a nobis discerniculum.

Palmaris itaque Adversarii iniquitas eo se prodit potissimum; quod contendat: suis clientibus patere auditum ad thronum Regium, quem aliis, jura habentibus potiora, vult esse impeditum: Ut si advena doméstico, privignus præferri velit genuino! Respondeat ad hæc Adversarius, aut vero exclamat eum Ovidio, suorum sibimet ipsi malorum Authore.

Heu patior manibus vulnera facta meis!

Nam ego Argumentum hoc tanti facio, speroque cordatum lectorem etiam idem judicaturum: ut solum sufficere debeat, ad os Hominis penitus obstruendum, quin mihi esset reapse ulterius procedendum. Istud enim unicum est, quod ad rem faciat; An nimurum: peccatum sit nec ne per præsumptum Conventum ab orthodoxis celebratum, institutumque subinde ad SSam suam Mattem contra acatholicorum molimina recursum?

4.) Quis enim vel heterodoxrum vitio vertat: una vice factum fuisse ab orthodoxis, Religionis veræ cau-

fa , quod ipsi sectarum suarum studio , iterare pro x-
quo , justoque habuere ?

Unde nimirum : id potius sequi opporteat ; ut ab
ipsis etiam Acatolicis conventus iste Catholicorum sit
approbandus , nisi illi suos conatus velint reproba-
tos , aut censeant : suam iisdem , loco protiori , quam
Orthodoxis propriam esse hebendam Religionem ; præ-
sertim cum , Libero quod petebant exercitio , ejusmo-
di quoque inserta habuerint Capita , quæ nostræ Re-
ligioni sunt graviter præjudiciosa . Ut V. G. libertas
Apostatandi , Educatio prolium mixti Matrimonii &c.

Scriptoris certe malam fidem , satis prodit vel illud ,
quod cum complura (ut modo innuimus) præces-
serint Catholicorum privati ctiam nominis con-
venticula , repetitæque SSmae suæ Mattis , tum ante , tum
post Resolutiones Regias , scriptis juxta , ac verbis ,
etiam sine communi deputatione molestationes , eas
tamen omnes altissimo presserit silentio ? Contrave-
ro hunc unicum de Religione , ac fere serotinum
Catholicorum conventum , eumque prævie cum con-
clusionibus suis universalí sessioni præsentatum , satyra ,
ut omnis salis experte , ita felle Lycambeo virulenta
prosciderit . Detestanda sane partialitatis inæqualitatæ
facto denique vel Philosophica honestate indigno ;
hæc enim docet : Ne homo sit varius ac inconstans ,
præsertim vero in eodem agendi genere .

§.) Si itaque tantopere abominabatur sacrum li-
lum

lum Catholicorum cætum ; cur prius non scripsit, contra priora, & frequentiora, eaque etiam clancularia Acatholicorum Conventicula ? An vel hoc ignoravit : quod in omnibus facti injuriosi questionibus : Originis sit præcipua ratio habenda , primaque interrogatio do eo institui soleat : Quis nam sit author mali ? Utra partium causam præbuerit excessui ? Qui fecus faxit , is sane pervertit ordinem Judicii & incurrit in illam Civitate donatam reprehensionem Ju-
venale :

Dat veniam Corvis , vexat censura Columbas.

In dando igitur , discrimine est hic tota vis argu-
menti diluendi , cur videlicet , impetratur unicum & sim-
plex contra vero , præteatur factum ejusdem generis va-
rium ac multiplex ? Reliqua enim objecta nihil faciunt
ad propositum , ut pateat : eadem ex composito , ac ad
peciem , re autem vera subsannandi , calumniandi que
fergo allata , nec fere aliud quam lacinias ex Hen-
ricianis , & Fridericianis scriptoribus contra Sacerdoti-
um debachantibus avulsas , atque huc male assutas ,
unaque centies retextas esse ! Finita igitur est Cau-
sa (ut cum Divo loquar Augustino) sed non finitus
error !

6.) Verum hunc in locum (ut præmonui) pri-
ma fronte incidi , & casualiter dumtaxat . Nam re-
censi-

censito accuratius opere , deprehendi denique : In præmemorata mea , de Phaetonte Dissertatione , ejusmodi argumenta proponi ; præterim vero : Viennensem , & Licensem Pacificationes concernentia , ex quibus Luculenter appareat : Venerabilem illum , & Inclytum Catholicorum Conventum , non modo lice-
te , & honeste potuisse , verum etiam debuisse , ex obligatione videlicet : Pastorali officii , Zeloque verae Fidei , ac legum etiam Patriarum observantia celeb-
rari , nec non acta ejusdem , veluti aggerem , contra torrentem , & impetum dissidentium , in conspectu Principis erigere , atque opponere . Ac ita quidem , ut hoc omisso incursuri haud dubie erant in illam scripturæ reprehensionem : *Speculatores ejus cæci om-
nes , nesciverunt unjversi : Canes muti non valentes
Latrare , videntes vana , dormientes , & amantes som-
nia.* Jsaï 56. 10.

Judicavi itaque : ne actum agerem ; a seriali (quam quam frustra quæras seriem in scopis dissolutis , ex triginta duobus stramentis : (rationes vocat versor *Hungaricus*) congestis Confutatione , hic mihi esse supersedendum , foreque satis , eas Capilulatim , quo-
vis ordine sub Calamum incurrente movisse & ex-
splicuisse quæstiones , quibus , primum quidem larva detrahatur proletario huic scriptori ; eundem nem-
pe : Non Procuratorem a clientum aliquo rogatum ,

sed hominem personatum, pessimaque fidei esse.

Cum autem Is se anonymum faciat; nomen quoque Conveniens est, illi a me imponendum, quo habeam Characterem, per quem in decursu operis ipsum discernam. Sed quem tandem eundem compellabo? Aristarchumne, an Critonem? vel Momum potius aut Lucianum, numero Zoilum, Porphyriumve? Ast esto nemine horum sit inferior, in arena couvitiandi: Quia tamen omnes superat in proscindendo Sacerdotio, querendum utique est nomen quod Advocato quidem conveniat, sed non cuivis moderato, verum longe mordacissimo, tali denique, qui omnium modo recensitorum petulantiam complectatur. Videlur ille (si Titulum Libelli sui species) velle *Declarator* dici, at consideratis iis, quae chartæ illevit, mutata una litera congruentius nominaretur *Declamator*: Nisi vetaret adagium: *Quod declamator in ludo, hoc Rabula in foro.* Sed recte ad propositum: Vocabulum enim: *Declamator*. Nondum satis exprimit, scribiliatoris hujus characterem, bene autem; *Rabula*, in sensu videlicet: Juris-Consultorum, qui eo nomine, non nisi blaterones, ac maledicentissimos quoque Advocatos intelligunt. Quos Hungari. T'evégö százaporitò és orczátlan prokátoroknak hinak.

7.) Nihil itaque infra conditionem ejus me actuorum puto: si nomen hoc illi, ego quoque deinceps proprium faciam, quoties ex re nata aptius non reperero: ut qui non tam defendendi, quam obrectan-

di animo. *Mint* *egy fogadatlan Prokátor!* Causa huic se ingresserit. Cujus proinde dictis, nec tunc quidem fides habenda sit, dum verum dicere videtur, eo quod id ipsum: *fine agat fallendi*: Sic olim Apostolus Dæmones, etiam vera prædicantes silere iussit: Act. 16. Quamquam veritas apud Rabulam hunc.

Rara profectio avis est alboigne simillima Corvo: qui nempe: cerebrum meris confusis ideis, cor vero fartum, fætum que gerat imposturis, ac opinionibus perverbis:

Quod ubi ubetius, quam adhuc factum est, ostensum fuerit, opus ipsum gnomone explorabimus: non quidem quodam singula ejus fundimenta, ea nihilominus, quibus labefactatis machina tota prosternatur. Cum alioquin ad censuram (quam profitemur) sufficere estimetur, ea detexisse Capita, quæ detestationem Auctoris, & reprobationem doctrinæ mereantur. Quid quod sola etiam, quam huic opusculo præfixus Paræthesis, ex tanti fundatis, solidisque rationibus culpet, ac redarguat absentiam illorum, ad quos dirigitur Catholicorum, ut simul funditus revertat, omnia Rabulæ molimina. Siquidem illas Christianorum quivis approbare, hæc contra; Omnis ratione prædictus reprobare teneatur.

8.) Agendum nihilominus est: de quibusdam eorum

non nihil etiam prolixius, de illisque potissimum, quæ Rabulæ videbantur specisiora, ne fors aliis quoque rudioribus talia esse appareant, adeoque impo-
nant. Quin sicubi, hic proculdubio parendum etiam veniet non semel scripturæ jubenti: *Responde stulto juxta stultitiam suam, ne se puret, esse sapientem.*

Mindazonáltal bátor kigyót 's Békáris kiáltanék reá-
ja, adhuc non adquaret atrocitatatem maledicto-
rum, ab eo in Sacerdotium Catholicum Congesto-
rum. Ut proinde monitum, & rogatum velim Le-
ctorem: ne hunc pro ordinario calumniatore repu-
tet, sed præ ipsis Antonomasticis detriore, ut adeo
censeam: mihi jus fasque esse eidem oggerendi, quid
quid legitimæ defensionis causa proferre valeam. Quare
illa etiam excusationem & veniam merebuntur, quæ
fors displitura videbuntur DD. Acatholicis, neque e-
nim sponte quæsita, sed oblata, imo invito obtrusa
esse, contextus ipse rerum palam faciet.

In his tamen ipsis etiam, eam adhibebimus mode-
rationem, ut quemadmodum veritate semper illo su-
periores, ita asperitate verborum nunquam velimus
eidem esse vel pares, sed & Insinceritas illa a no-
stris moribus prorsus est aliena, qua is cum alias
sparsum tum signanter pag. 41. & 42. Sacerdotibus
Romano Catholicis, ac præsertim Prælatis simulata
corum

eorum amicitia , ac existimatione , ad eoque proditorie insultavit.

9.) Posteaquam enim primarios etiam Antistites nostros , iis depinxisset coloribus , ut ipsos adeo Regis , & Regni hostes non potuisset tetricoribus : post. eaquam ajo : Sacerdotes Rōmano-Catholicos indiscretim : non modo civium nomine indignos , verum etiam Reip. noxios , patriæque osores proclamasset ;

Repentina Metamorphosi : Virtutes , talenta , cæterasque individuales (ut is loquitur) Ipsorum virtutes se venerari professus est , aut verius professum se fuisse , Sardonicō quodam risu , farkas nevet ségel , Vifzavaló díesérettel simulavit .

Ac si (en præclarum Iuristam) protestatio honoris , tolleret culpam , & Actionem dehonestationis , & non potius actus protestationi contrarius annularet vim protestationis ipsius , superadderetque injuria , crimen etiam Illusionis hypocriticæ ! Longe alia itaque erit (quod ajebam) mea cum illo agendi ratio : qui perversa solummodo Illius placita , tunc quoque dum personaliter loquar , velim esse castigata ; nec per nomen ipsius nisi doctrinam intelligi , istudque ipsum non alio fine magis , quam ut publicum purgetur scandalo , neve lectores cum primis facile creduli , dictis , & sententiis larvatis capiantur .

Si tamen evenerit, ut Lectorum perspicatores,
 ex doctrina Auctorem metiantur, id is non mihi,
 verum illi adscribat criterio, quod ipsa æterna ve-
 tas præstituit dicens: *A fructibus eorum Cognosetis*
eos. Matth. 7.

30.) Primum enim & ante omnia de Rabula hoc
 dubitari jure poterit: orthodoxus ne sit; an hetero-
 doxus? quamvis enim is, sua in præfatione, se Ca-
 tholicum esse; ac pro Catholicis Calamum strinxisse
 se præsefetat, in sui nihilosecius opuiculi decursu:
 non pauca effutit hæresim redolentia, quin & aper-
 te profitentia. Nisi fors ex illo Genere Catholicorum
 existat; qui (ut S. Aug. L. quæst. Ev. in Math-
 ait) *Ex eodem Evangelii semine, & Christi Nomine*
procreati, pravis opinionibus ad falsa dogmata Con-
vertuntur.

Ac revera sic se res habet, in ipsa enim liberculi
 statim præfatione, suo se fore prodidit indicio, dum
 nempe assereret: *Theologico Scholasticam Christianita-*
tem idem præstare Religioni, quod sophisma Justitiae.

Quam ego Thesim si temerariam, erroneam, falsam-
 que esse affirmem; mitiori fors, quam res mereatur
 censura utar? cum, eadem contineatur inter Moli-
 nosi propositiones damnatas Nro 64. & jam sit
 in

in Epist. Cath. prædamnata Verbis illis: *Hi quæcunque quidem ignorant, blasphemant.* *Judæ. v. 10.*

ii. Ceterum si non est formalis) quod dicimus) hæreticus, impostorem certe eundem esse nemo iverit inficias; Ut qui impudenter in præfatione asserere ausit: *Ejusdem secum sensus, ac doctrinæ esse,* illos omnes Catholicos, quorum partes suscepit defendendas; vel enim verum est, quod affirmat vel falsum? Si primum? jam nequaquam Catholicorum Advocatum (qualem se mentitur) agit, sed Acatholicorum, quorum doctrinæ in multis adhæret? Si alterum: Viros ergo summi nominis, gravissima afficit injuria, suæ nempe; hærefoes macula Eisdem asperfa, Intenditque una imponere lectoribus, quo illos pro talibus habeant, quales ab ipso representantur: ut merito ad Patinodium recantandam sit condemnandus! ne consensum ipsorum, quorum partes tuerit obtinuisse videatur. Ego quidem, si qua mea culpa contigisset: ut absentium illorum virorum numero accenserer; maluissem a quo vis alio, quam ab isto defendi, Homine videlicet; notæ, toto regno sequioris. Quem cum Horatio Lib. i. Sat. 18. merito compellaveris:

Pantolabum scurram, Nomentanumque Nepotem!
Ut mirer: Inclytum Comitatum, cuius ille se fuit
Ablegatum, non meminisse instructionis Regiæ, qua
in Deputatis, præter cæteras dotes:

Vitæ etiam porbitas , pacifica indoles , & moderatus agendi modus requiritur : Unde nec illud mihi persuaserō : Absentes illos DD. secum (quod ille jat̄at) eadem sentire.

12.) Si quidem extra dubium esse debeat : eosdem pro orthodoxis esse habitos , atque hoc nomine ad conventum Catholicum invitatos fuisse. Neque ex iis , quæ prætexuntur & prout vesciuntur rationibus a senatu illo Catholico se se absentasse , sed aliis de causis , quibusnam autem ? Eorum unusquisque in suo sensu abuundet Rom 14. Dummodo non Congatur aliquando (quod Deus avertat) exclamare . *Vae mihi quia tacui Isa. 6.* adeoque experiri vim sententiæ illius : *Qui me erubuerit (coram hominibus , hunc Filius hominis erubescet cum venenrit , in Majeſtate ſua & Patris , & Angelorum Luc. 9.* A qua nimurum : sententia neminem liberabit , ulla , unde unde petita ; etiam a Patris . Matris , filiorum , & filiarum , aliorumque consanguineorum respectu excusatio , litet enim hæc objecta existant Charissima ; Religioni tamen semper sunt postponenda , ut stupendum sit : reperiri Catholicos , qui eadem præponant Religioni suæ , Præponunt autem certo , quot quot intuitu nuptiarum mixtarum , aut consanguinitatis facieri volunt Acatholicis . Scriptum est enim : *Qui amat Patrem aut Matrem , Filium , aut filiam , plus quam*

quam me, non est me dignus Matth. 10. 37. Sunt & alii complures in Evangelio textus, Carni & Sanguini frænos injicientes, adeo, ut apte poni possit hic, notum quidem illud, sed valde ponderosum argumentum. *Aut Evangelium errat, aut Patroni nostrorum A. Evagelicorum falluntur: dum Videlicet.*

Illud: Carnem & Sanguinem postponit, hi contra anteferunt Religioni. Atqui Evangelium non errat. Cui propterea etiam Matthias Corvinus se se conformavit; dum nempe: Regi Bohæmiæ Podiebradio, socero suo, attamen Hussitarum fautori, in colloquio, Brunensi, anta conflictum habitu, Juraque violatæ consanguinitatis obtendenti, Respondit: *potiori loco sibi esse Religionem, quam Carnem & Sanguinem.* Legant illustre hoc exemplum suis in Chronicis frigidi illi Catholici; qui hac aut simili de causa favent protestantismo, & quoties nomen Matthiæ proferri audient; erubescant! Dum interea ingens solatum spirituale habiturus est conventus Catholicus ex opposita Cœlesti promissione: *Omnis, qui Confitebitur me coram hominibus, confiterbor, & ego eum coram Patre meo Matth. 10. 32.* Crescetque in immensum gaudium illius, ex ipsis adeo persecutionibus, juxta illud scriptum; *Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoni-*

am digui habiti sunt pro Nominis Iesu contumeliam pati Act, 5. 41.

13.) Nos vero ad Rabulam revertamur. Eligat nunc ille, utram volet, propositorum § 11. partium. Quid quid autem optaverit: Impostorem se esse vel invitus agnoscere debebet. Sed esto negaret; attamen imposturam suam, nulla re apertius prodere poterat; quam quod cum ipse Schisma incurrisset, notam hanc, sacro illi Conventui imprimere atten-taverit. Satis incaute quidem. Per hoc enim non sibi solum (ut modo dictum) verum etiam sociis suis stigma idem inussit.

Schisma enim ex notione nominis separationem signifcat, ac transitum a parte meliori ad deteriorem. Quam nam autem is putet partem esse meliorem: conventum ne Catholicorum, a quo se segregavit? An Acatholicorum, cui se univit? difficultis quidem quæstio! Cum enim se Catholicum dicat; suos utique præferet alienis, videlicet Acatholicis, quorum reapse partes tuetur, eo ut minus: ne videatur esse similis furia, cuius (ut refert Seneca tragædus) est illud.

Meliora video, proboque deteriora sequor. Sed revera Cum eadem ipsa facit: verbo quippe Catholicus, opere Schismaticus, ut qui palam se abscederit a to-

to

to Ecclesiastico Hungariæ Corpore, & Capite suo
Diocesano, Schismaticus est igitur, & quidem de
orum secta, qui speciali nomine Acephali dicuntur,
inde, quod ipsorum deliramentum sit: veram religio-
nem adstruere, etiam seclusa cum Episcopis Com-
munione. Cum autem communiter dicatur; non
dari jam Schisma sine hæresi, istud in hoc casu quo-
que particulari evenisse ostendemus juxta illud. S.
Hyeron. Nullum Schisma, non aliquam sibi confor-
mitatem, hæresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videa-
tur.

14. Pauca autem diligemus exempla sed (ut jam
supra. §. 7. insinuatum est) ejusmodi; quæ esto cœ-
tera deessent, sola satis manifestarent; Rabulam
hunc intus, & in cute heterodoxum esse, nec
alio fine sub larva Catholicismi in scenam prodivisse,
quam ut Religionem Catholicam, per latus Epi-
scoporum peteret, cum etiam aliquos fidei articulos
(quales sunt) *Fides unice saluifica. Potestas Clavium*
&c. inter vitia, & passiones Sacerdotiales enumeret,
nec alia de causa, Duce se turmæ adversariæ con-
stituit, quam ut symmistarum suorum auduciam au-
geret, exauceretque industriam, ostentata, scilicet;
absentium illorum Catholicorum, quasi novarum sup-
petiarum, ad partes ipsorum accessione. Nam reapse
est impossibile, ut quis simul Catholicus sit, simul
cum

cum ipso sentiat (quod mox apparebit) Quoniam autem prius sit, esse hominem, ut Rabula pag. 6. innuit, quam hæreticum, periclitemur, an ordo iste subsistat in sententia ejusdem ? & quā ratione?

15,) Pagina enim citata mox in principio, Nōmine communi absentantium se a laudato conventu ita loquitur: *Præfatum Catholicum conventum accedere formidolosum esse arbitrabamur, probe scientes, nos esse: prius Hungaros postea Religionarios.*

Siccine? quid autem DD. Acatholici? sunt ne illi etiam Hungari? imo vero ex eorum genere plerique. qui per affectatam Antonomasiam tales dicier amant; vel nulos privatos egerunt, sectæ suæ causa cætus? Quin imo (ut jam nuper commemoravimus) plurimos. An tamen propterea; Illi statum intra statum (quod nostris pag. 18. objicitur) non efformarunt? ridiculum sane, & hoc prorsus impertinens dictum! Si namque statum intra statum efformari significet: statum Prælatorum esse unum e quatuor Regni statibus, qui Religionis causa convenerint, statum certo intra statum efformarunt, sed non illicitum, non clancularium, quales erant conplures circuli Acatholicorum vitiosi: Cur enim inter 4. Regni status, unus alterve de rebus se, peculiariter vero animæ salutem apprime concernentibus, tractaturus privatim Convenire nequirit? ut, re probe digesta subinde in

in publicum prodiret, adeoque non privatim, sed commune bonum intenderet. Aliam ego, eamquæ: proh dolor! genuinam dabo discriminis rationem, in exprobratorio videlicet, illo Christi Domini: Effato: *Fili i hujus sœculi prudentiores sunt filii lucis in generatione sua Luc. 16.* Vel, aliter (quod tamen de solo Rabula, & sui similibus dictum volo.)

Ut jugulent homines surgunt de nocte Latrones.

Ut te ipsum serues non expurgisceris Horat. L. 1. Ep. 2.

Quod si Ex me si queratur: *Quid nam sit tandem aquil nos statum intra statum efformare?*

Istud equidem explicatius proponere ad Rabulam utpote accusatorem pertinebat, sed quia is, ut alias fere, ita & hic, maluit in turbido piscari, ego ne Andabatorum more pugnemus, cogor vices ejus obire.

Ajo itaque: id cum multi modis fieri possit, tum ad rem præsentem proprius accedendo; ab illis etiam attentari; Qui cum non sint ullus & quatuor Regni statibus. eum nihilominus se esse mentiuntur.. Veluti Rabula iste, qui nimirum: & in fronte, Libelli, & alibi saepius, ac nominatim pag. 42. sibi suisque affeclis, Nomen statuum: Titulum nempe (ut dicimus (sine vitulo attribuit. Cum revera nihil fuerint,

nisi

nisi collectius quidam hominum globus. qui nequaquam communi, non dico: plurium, sed nec unius status autoritate, verum privato dumtaxat nomine, adversus conventum Catholicum, adeoque integrum prælatorum statum, se se temere exerunt.

Prodiverant quidem illi ex aliis Regni nostri statibus, at non aliter, quam oves a grege aberantes preda luporum facti, juxta illud scripture: *Ex nobis prodiverunt, sed non erant ex ipsis.* i: Joan. 2.

Erectorum potro statuum, intra & contra status exempti, habemus in conventiculis: Hatvaniensi, Onodiensi, & Boeskaiano-Cassoviensi. Ad hoc sane, ut quis in aliquo statu civili esse dicatur: non sufficit, quorumdam privatorum clancularia Confederatio, sed necesse est: Ut lege civili, in aliqua societate humana collocetur, cum publici suffragii Jure, tales societates sunt apud nos 4. Prælatorum videlicet: Baronum, Nobilium & Civium, quos etiam SS. & OO-Titulis condecoramus.

16.) De cætero ipsa etiam propositio sub initium §. præcedentis relata, admodum ambigua est, ut sibi adscribere debeat Rabula. Si illam modis eidem ingratis interpretati fuerimus, si enim velit per eam intelligi: quod occasione comitiorum Hungariæ, non fuisset

fuisset aggendum de Religione? id quidem optandum erat: ut articulus nempe 22. 1684. fuisset observatus, si non ut lex, at falcem qua Resolutio Regia Rudolfi I mi, vel certe tamquam Consilium providentissimi Principis, turbas a futuris Diæcis removere volentis. Cujus quidem necessitas, ipso eventu, tum alias persæpe.

Tum maxime in postremis commitiis ad tedium usque & remoram aliorum Regni negotiorum est conprobata. Ut quæ, nunquam alias fuerint diuturniora, & magis contentiosa, quam dum Religionis causæ agitarentur.

Neque erraverim si dixero: intempestivam quoque illam Juramenti (ut ferebatur) Nationalis exactiōnem; stratagema fuisse Deputatorum, quos Rabula Collegarum suorum titulo indigitat, ut nimirum: in favorem Acatholicorum eodem subinde abuterentur. Cogendo videlicet: Cæteros etiam Ablegatos, ad suffragia suis partibus, quas potiores sperabant, prætextu con fœderationis illius, ac juratæ pactionis conjungenda. Effectumqne proculdubio istud fuisset, nisi invicta Archi & Episcoporum Diæcesannorum, nonnullorumque Magnatum fortitudo, ac constantia, cunctando rem protelassent, donec: porvidentissimæ Regiis Apostolici litteræ, medio Excelsæ Cancellariæ Regiæ ad Baro-

nes Regni directæ, quibus: juramentum illud sub censuram legum, ac signanter. Art. 40. 1536. sumi posse declarabatur, hanc nubem ab Archi & Episcopis Diocesanis propulsassent.

17.) Cæteri enim qui sessionibus inferioris Tabulae intererant DD. Ecclesiastici, sublatis repente veluti celestismate ad conjurandum clamoribus, & Deputatorum sacerdotalium se se frameis discingentium strepitibus consternati, fluctibusque quasi comitiorum abrepti, præstito illo illegali Juramento denique naufragaverunt; obnoxios se se reddentes: Censuræ si non legum Patriarum (ut verbis rescripti Regii utar) legum certo Ecclesiasticarum. Quas inter notabilior est illa, qua Capitulo: „Inhaberentes. I. de Juramento diserte prohibentur Clerici compelli ab juramentum in manibus Laicorum præstandum in quaeunque tandem causa: Non modo criminali sed nec civili, nisi ea demum moderatione: Ut Episcopus inconsulto Romano Pontifice, quisque Clericus inconsulto Prælatu suo minime jurare audeat.“ **Quod si forte DDni Capitulorum Ablagati (dc aliis enim non est, cur hic solliciter) Corpore juris Canonici, aut loci hujus notitia destituebantur; ignorare certo non debebant, quæ Tyr. Trip. manualis ille vel Tyronum Juris Libellus. pag. 2, Tit 40, §. 4. docet seqq. Verbis: Cum Clerici a Juridictione Lai-**

corum

corum Jure Diminuō sūt exempti cap. 4. de censib. 6.
 & Trid. ff. 25. de Ref. C. 20. Non facile haec
 Clericum (nisi forte idiotam) Videre Licuit, qui
 coram Laico Inquisitore, vel Judice Juramentum sta-
 tim deposuisset, quin ii, privilegiis Clericalibus inhæ-
 rentes. Ad suos Superiores Ecclesiasticos provocassent.
 Prout etiam hoc quoque casu, iis in locis provo-
 carunt, quibus medio DD. Inclyti Magistratus comita-
 tensis Exmissorum, vicibus esto iteratis, fuerant in-
 terpellati.

Prælati autem Tabulæ Superioris, qui conjurarunt; eo
 minus sunt excusabiles, quod in Conspectu habue-
 rint Ordinarios, & quibus Veniam jurandi petere po-
 terant, & vi legum laudatarum etiam debebant.

Neque quis putet: Rem hanc levis esse momenti,
 de qua nempe: ita Latinæ Ephemerides. Romæ. D.
 i 3^a Mart. Altera jam monitoria, ad Sacerdotes, qui
 Nationi in Gallia jurarunt, Missa est: Ut intra dies
 60. Juramentum revocent secus censuris subjiciendi.
 Sicut ergo sua Sanctitas Clerum jurantem, de Ec-
 clesiastica: ita sua Mttas Juratos Regnicolares de
 Politica admonuit Censura, & quidem (ne a proposito ab-
 esasse videar) Statutus intra Statum erectionem continen-
 te. Quid enim Articulo illo 40 aliud prohibetur,
 nisi conjuratio, & liga mutua? aut quid sunt ista:
 nisi Species quædam statutus intra statum efformandi
 dispositiones? Ceterum sicut prouidentia Regis fecit, ut
 II. SS. & OO. periculi hujus tempestive admonerentur; ita
 DD. Regnicolarum erga Patriam studium secum fert: Re-
 gem vicissim homagiali cum reverentia interpellandi: ac

& sua etiam Mtrias SSa. a status intra Statum efformatione abstinere dignetur, juxta illud Commune: *Parere le quam tulisti.* Quod ipsum, nonnulli Comitatus etiam executi sunt: quibus cum constitutio Concellariae Græci ritus non unitorum, status intra statum erecti nem sapere visum fuisset ad eundem abolendum a pud Thronum Regium intercesserunt.

Nec ita pridem ingemuit, hodieque etiam ingemiscit Ecclesia Hungarica, dum & nuper vidisset a Josepho ad Imperatorem, & modo quoque respecti ve videt: intra statum Ecclesiasticum seu forum suum Spirituale efformatum esse statum politicum relate ad causas Matrimoniales, contra apertas Juris utriusque leges. Plura hujusmodi exempla, in utraque Rep. nostra cedidit Altefatus & jam vita functus Imperator! Ast eo revertamur ad Sphum videlicet 15.

Si enim per Verba: *Nos prius fuisse Hungaros, quam Religionarios, signifari intendat Rabula:* Patriotismum, tamquam priorem tempore, praferendum esse Religioni utpote posteriori, sensus omnino hereticus est. Quod gravissimo probatur exemplo: Quamvis enim, Vita quivis prius donetur, quam Religione; dogma tamen fidei est: Animam quoque (si res ferat) pro Religione esse ponendam, Ex prioritate igitur Patriotismi perperam infertur: eundem Religioni esse praferendum.

Alius quippe est in rebus: Ordo temporis, alias dignitatis, & appreciationis. Hinc est: quod Salvator quoque postea exclamat *Quid prodest homini si mundum universum lucre*

Iucretur animæ vero suæ detrimentum Patiatur. Matt. 16. 26.

18.) Ut proinde calvæ sit excusatio, quæ hic prætenditur: Quasi DD. Ablegati, vi suarum instructiōnum ab accessu ejusmodi conventuum fuissent prohibiti. Nihil nempe: usitatus, quam ut culparum inexcusabilium causæ, in absentes conferantur. Constat tamen hanc tergiversationem Ablegatorum, domesticis Catholicorum communitatibus, a quibus missi fuerunt, ut primum audita est, reprobata fuisse. Et merito quidem: Ipsa enim Religionis Sanctitudo, suapte quodammodo natura ab omnibus, sūnon dico defensionem solum, verum etiam propagationem, publicos juxta ac privatos conatus exigit, adeoque præ omnibus aliis negotiis; Unde S. quoque Proto-Rex noster. *Quoniam inquit: ad Regalis dignitatis ordinem non oportet nisi fideles, & Catholicæ fide imbutos accedere, idcirco Sanctæ fidei in nostris mandatis primum damus locum DD. L. 1. Cap.*

I.

Quod ipsum sensu quodam intimò receptum esse apud ipsos Ethnicos, probat vel Commune illud axioma: *Pro aris, & focis: ut si dices: Pro aris præ focis. quemadmodum apertis verbis docet Aristoles: Omnia rerum, prima cura esse debet: Religionis Sacraeque divini, deinde Reip. postremum ver-*

privatae. Si tamen tempore proprius sibique magis domesticum exemplum desideret Adversarius in spiciat Nummos Tökölianos, & leget in illis lemma: *DEO & Patriæ!* non vero vice versa. Lector vero benevolus non est, cur his, similibusque dein ceps offendatur argumentis, sed succenseat potius scribillatoribus, qui licet subsidio scientiarum: scripturisticae, Theologicae, Philophicae & Historicae destituantur; pruriunt tamen ad scribendum de Sacris rebus, illotis (quodajunt manibus) easdem agredientes, ut mendis magis quam sepia Chartas inficiant; imitatores facti Poetæ, de quo Horatius cum indignatione scriptum reliquit in Arte,

*Nunc satis est dixisse: Ego mira pœmata pango!
Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.*

19.) Scabiem interim hanc nos relinquamus, sed si adhuc Sanari possit, perficemus, scalpamusque ulterius. Auctor itaque Pag. 10. Articulos, in quibus Orthodoxi, ab heterodoxis differunt, vocat; *Opiniones Mysticæ quæ non nisi in alio mundo intelligentur.* Hinc fit: ut pag. 19. & 20. afferat; *papulum non nisi ritu extero duci, dogma autem quod est Spiritus S. non Capere,* Cujus quidem sententiae membrum primum, tam heterodoxum est; quam Catholicum illud; *Quod fides non fallat.* Ut quæ sit: *Sperandarum substantia rerum*

Rerum argumentum insallibile) non apparentium. Heb. 1. 2. Opinio autem fallat.

Sic etiam hæresis est, tenere: Dogmata ad salutem necessaria, qualia sunt, qvæ Ecclesia contra acatholicos: De Justificatione, Libertate indifferentiæ, &c. docet, adeo adhuc esse occulta; ut non nisi in alio Sæculo sint patescendi. Cum Fidei dogma sit: Nihil non esse revelatum, quod ad salutem æternam sit necessarium, juxta illud scripturæ: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in omnes fines terræ Verba eorum.* Rom. 10. 18.

Tertium denique membrum aperte pugnat cum illo Christi Domini effato: *Pauperes evangelisantur.* Matt. 11. 5. Unde exclamat S. August. *Surgunt indocti, & rapiunt Regnum Cœlorum!* quotamennemo Adulterorum ingreditur sine scitu necessariis, necessitate saltem medijs

Quid autem Rabula? *Aliter (inquit) sentit Orbis illuminatus.* Sed audiat, quid dixerit S. Augustinus: *Dantur, qui dicunt se esse illuminatos, sunt autem Hæretici.* Tract. 45. In illa (nifallor) apud Ioan. Salvatoris Verba, quibus, Pharisæis quærentibus: *Nunquid et nos Cœci sumus* ita respondit: *Si cœci essetis, non haberetis peccatum; nunc vero dicitis: quia videmus, peccatum vestrum manet.* Ut intelligas: Maximum pariter illuminatorum hodiernorum scelus esse, quod sese perficta fronte pro Illuminatis ferant, cum sint reapse cœcissimi. Sunt illi quidem oculati verum ad ea sollummodo. De quibus

Vat-

Vates Regius : *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas* !
 Illa vero gloria , qva ijdem se novæ alicujus sublimioris scientiæ Inventores esse buccis crepantibus jactant , vanissima omnino est . Cum constet nihil illos moliri , nisi qvod Gnosticorum , aliorumqve de primis Sæculis Hæreticorum sputa fætida lambant , sordes colligant , qvisqvilijs delectentur .

Qvæ qvidem vix crederemus , nisi praeter primos scriptores , Ipse etiam Iudas Apost. tam vivis eos depinxisset coloribus ; ut nec Demosthenes Philippum . Nec Cicero Verrem viuacioribus , nisi qvod non pro Oratore solum ac Historico ; verum etiam pro Prophetâ hujus Sæculi præfago sit habendus . Sub introiuerunt enim (ait ille) qvidam homines (qui olim præscripti sunt in judicium) impij , Dei nostri gratiam transferentes in Luxuriam , & solum dominatorem & Dominum nostrum Jesum negantes --- Hi carnem quidem maculant , dominationem autem spernunt , Majestatem autem blasphemant . Hæc et his plura Beatus Judas in Epistola sua Catholica . Sed ego in his confisto : eiusmodi enim sunt , qvæ digito , qvæsi indice demonstrent : nostros scilicet Illuminates , ac signanter illum quem Rabula contra Clerum nominauit : Mira (nempe) bovium . Is enim erat Dux ac Chorryphaeus eorum , qvi hodieque in Gallia contemptores sunt Dominationis ac Maiestatis non Regiæ modo , verum etiam Diuinae . Quem qvidem dum Rabula laudat , sibi metipsi nocet plurimum : per hoc enim grauiissime se obiicit suspicioni ,
 qno vide

licet : ejusdem cum ipso sit farinæ , ut , qui celeb-
rior longe sit , a Machinationibus adversus Monarchi-
am , & Aristocratiam attentatis , quam ab odio Ec-
clesiastici Ordinis , unde legitime ne sequatur an-
secus : istum , hac in schola illius discipulum esse ,
& si qua occasio se offerret , fors etiam asscelam fu-
turum ? Lectori discutiendum relinquo ? Illud pro
certo , indubitatoque habens : Rabulam , nec hujus
quidem ponderis Præsumptionem indiciumve produ-
xisse , aut deinceps producturum : Quo Sacerdotium
Hungaricum potestati Regiæ insidiosum (de que plu-
ra subinde) probare potuisset , quale est vel istud ,
quo ipse arguitur , Mirabovissare , Mulus enim Mu-
lum scabit . Et Mirabovius quidem in præliarum
quoque super astra tollitur , atque in Gallia : Ipsiſ
Woltaire , & Russojo æquiparatur , in quorum ta-
men singulis , utinam non adimpletur illud Augu-
stini : *Laudantur ubi non sunt , cruciantur ubi sunt !*

Natio ipsa certe , moderna hac procedendi ratione
satis probat , verum esse illud Orbis judicium ; *Galli
Leves !* Atque utinam Regis Galliæ infelici statu ,
ac conditione aliarum nationum Principes saperent ,
& intelligerent , atque Maleferiatorum hujusmodi
hominum consortia , & ipsi devitare , & scripta eo-
rumdem e manibus subditorum excutere satagerent ,
veluti certiores perniciosioresque , tum pacis pub-
licæ ,

licæ, tum potestatis suæ Regiæ hostes, quam sunt
Turcas: Christianitatis.

Quæ res si adhuc latuisset, nunc certo, vel Galliæ Nationis exemplo indubia redderetur, quo vide-
licet: illa prædictos Impostores, non solum pro Authoribus, ac Statoribus Libertatis suæ Democraticæ agnoscit, prædicat, veneratur; verum etiam sparsis jam libellis, dimissisque undiqueversum Emissariis, Europam Universam fermento suo commoveri, atque agitari molitur. ut tempestiva sit hic illa admonitio.

*Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.* Ovid.

21.) Sed hæc, occasione Gallici illius Gigantis, quem adversus Sacerdotium Rabula eduxit, dicta sunt. Videamus nunc, qualiter idem secum ipso pugnet? pugnat autem certo, & quidem ineptius, quod Illi, qui cum umbris suis configere dicuntur.

Postquam enim *dogma* (ut supra meminimus:) fidei *Donum Spiritus S. esse afferuiffet*, mox Religio-
nem, quæ nempe: ipsam etiam fidem complectitur, pro opinativa persuadere habendam esse pronuntia-
vit. Adeoque unam eandemque rem, fallibilem, &
infallibilem esse arbitratus est, sibimetipſi aperte con-
tradicens, sed quid monſtroſus Auctor niſi Chimæ-
ram pariat?

Indu-

Indubium quidem est: Ad fidem Divinam, adeo-
que ad veram Religionem; necessariam esse prævi-
am persuationem, seu Illustrationem svasivam, qua in-
tellectus convictus assentiatur Revelationi Divinæ,
quam firmissime, firmius utique, acquibusunque moti,
vis, non dico: solum opinatiuis, verum etiam evidētia
naturali notis. Quare S. Augustinus L. i. Confes.
C. 10. facilius (inquit) dubitarem me vivere quam
esse vera, quæ audivi. Quæ quidem sola Authoritas
tanta est: ut sufficiat ad prosternendam totam eam im-
piam phalangem, quæ quasi pro cynosura creden-
dorum habet: Nihil esse credendum, quod superet
captum humani intellectus.

22.) Impium itaque est: Religionem veram, pro
filia persuationis mere opinativæ habere. An autem
possit illa esse etiam filia Constitutionis Regicæ, aut coacti-
onis in sensu Adversarii pag, 9. expresso? non est
cur oleum, operamque perdam rationibus Theologi-
cis pugnando; cum hoc Anti-Theologo, quando
nec ea videt, quæ ante pedes, & oculos suos po-
sita existunt, Decreta videlicet: Proto-Regis no-
stris Sephani, quibus ille orthodoxam Religionem, suis
imperavit subditis, adhibita subinde etiam coactione
(ut dicimus) indirecta expellendo nimirum: e Re-
gno (quod chronica Hung. adnotarunt) Illos, qui
jam tunc: Veritatem corporis, & Sanguinis Christi
Domini-

*Domini in Eucharistia pertinaciter negabant: Protstantibus nostris præludentes. Nec abludit res a ratione temporum, nam juxta Brietum: Berengariana sacramentorum hæresis, circa Annum 1004. emersit, quæ teste eodem Auctore multum crevit usque ad Annum 1035. S. Stephanus vero vixit Anno 1038. Qui preterea, multo antehæc Filio suo in mandatis dederat: ut alios quoque hæreticos extirparet. DD. L. 1, C. 1., Hæreticos inquit: Nec Nutrias, nec defendas, ne tu etiam Videaris amicus & fautor. „ Fuit ne autem Religio illa ad quam Divus Stephanus Ethnicos, & hæreticos ita adduxit: *Filia Constitutionis, aut Coactionis?* absit: Sed ex præseripto Evangelico: Rex Apostolicus compulit intrare eosdem in Domum, seu Ecclesiam: Ut sic compulsi deinde sponte cœnarent, quemadmodum etiam: Evangelici convivæ, inviti quidem venerant, sed volentes manducarunt. Plura hujus generis exempla inferius proponentur.*

23.) Nunc respondendum ad ea, quibus Rabula pag. 114 & seqq. redarguit conventum Catholicum: *Quod se nomine Cælorum Moveat sieque tum Regem, tum Nationem in Jure temporaneo dicundo, moretur ac pervertat:* Cujus propositionis pars quidem prima conformis est Precepto Christi Domini: *Quærite primum Regnum DEI, & justiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis* Matt. 6. 33. cui ille solum non patet, de quo dicitur: *Animalis homo non percipit*

*ea quia sunt Spiritus i. Cor. 2. 14. Atque utinam
Pseudopolitici nostri, hec, & his similia frequenti-
us meditarentur, aut saltem illud Ethnici Poetas in
memoriam revocarent!*

*Pronaque cum spectent animantia Cætera terram
Os hominini sublime dedit, Cælumqua tueri.
Fussit & erectos ad sidera tollere vultus.*

24.) Ad partem vero alteram quod attinet, refuta-
ta est illa affatim, imo & in Caput Adversarii ple-
nis modiis remensa jam ^{hoc} Superius 3^{io}, & seqq.
conceditur cum iisdem id, quod sequitur, estque
illis longe gravioris momenti.

Neque enim iam: *Moratores solum publicorum Ne-
gotiorum, verum, eiam Constitutionum Regni Violato-
res, & Regiarum Resolutionum ad nutum suum refor-
matores audiunt.* Patres illi Catholici, æquane, an
inqua sententia? inde patebit, si prius definiveri-
mus: quidnam sit reapse, *Constitutionibus*) ut Au-
tor pag. 6. 1^o. & 1⁵. loquitur) *Totique Regno
communibus Juribus, ac Regiis Resolutionibus insidi-
ari, & adversari easdemque perverttere?* mihi autem
sic videtur (nec puto me aberrare a Systemate
Regni nostri) Quod nemo citra injuriam posset
condemnare, tanquam contra Constitutionem Re-
gni,

gni, aut Resolutiones Regias agentem eum, qui tempore comitiorum, Jus alias Suffragii habens, sive in privatis Circulis, ac tractatibus, sive in Sessionibus publicis, seu denique coram ipso Rege, cum ratione tamen, & moderamine causas, materiam quidem legis continentis, sed tamen ad discutiendum propositas, ante Communem Regis, & Regni consensum in questionem vocaret, difficultaretque & controverteret? Ad quid enim Pietæ celebrantur nisi, ut libera voce! Res Regis Regisque dubiæ discutiantur, & definiantur? Atque huic sententiaz, ita apud nos sua debet Constrare veritas, ut qui oppositum sentiat, eversor sit fundamentalis Principii, & hostis Regni nostri, est necesse. Ac proinde ex vero mereatur pœnas easdem, quas Adversarius pag. 8. indicatas, conventui nostro inique intentavit. Acsì ille adversus statum publicum se se erexisset. Cum potius; is habendus sit pro ejusdem violatore, qui adstrueret: Nostro in Regno (de aliis enim Provinciis non loquor) vim legis obtinere posse, esto illa Conderetur, Uno integro Statu Contradicente, magis autem peccaretur in Remp. nostram si diceretur: Nec tunc quidem, status unius contradictionem Suffecturam ad impediendam legis alicujus. Lationem, dum eidem Numerus notabilis ex aliis quoque omnibus SS. OO. esset unitus, porut revera fu-

it primo illi Prælatorum nempe : statui præter Tabulaꝝ inferioris clerum.

25) Secus enim , quot , quamve noxiæ emerge-
rent sequelæ , nemo non videt ; si vel ad illud ani-
madvertat : Quod hac ratione , valeret etiam Articu-
v. g. *Ut onus inhæreat fundo,* Consentientibus qui-
dem tribus Regni Statibus ; Omnia tamen comita-
tuum Ablegatis , vel solis dumtaxat nedum cum
aliis permixtis , contradicentibus : vim porro hujusmo-
di contradictionum extendas velim , ad revocationes
quoque illas , quibus leges priores hæresibus adver-
santes abrogatae esse putantur , idque potiori jure . Si
namque opposita opinio in causis profanis locum non
habet ; multo certe minus admittetur in Sacris . Cum
apertam legem habeamus : *Non valere statuta circa*
ea , quæ salutem animæ respiciunt. Tit. Prol. 9. Ma-
neat itaque firmum , ac fixum , quod jam nuper in
meo Phætonte cecini :

*In Regno Hungariæ placitum quocunque feratur ,
Lex tamen haud fuerit , nisi Regno , & Rege probante;*

Neque enim nisi instar effugii diceretur : Vim hu-
jus argumenti , penitus elisam esse per articulum 26.
comitiorum 1791. de negotio Religionis conditum ,
cujus nempe : Valor Stabilitur per celebrem illam
clausulam : *Contradictionibus cleri , & aliquocujus partis*
secularium Catholicorum non obstantibus nec , attentis ,
Constitutionibus contrariis &c. Ut extra dubium sic
(ita namque concludunt DD. Protestantes) Valere

apud nos legem, uno etiam integro Statu dissentiente rogatam. Ita inquam: Concluclunt illi sed admodum improvide, non prævidentes, hac ratione induci novitatem, oppositam Decreto Tripartiti P. 2. T. 2. proposito, ac Art. 18. 1635. Confirmato, cuius nempe verum sensum, ipsis adeo Jurium discipulis, Tyrocinium Trip. P. 2 T. 2. non alium esse inculcat, quam quod privatorum quidem quorumdam contradic̄tio, leg.s apud nos sanctæ vigori non officiat, *bene autem Unius status integri. V. pag.* 26.

26.) Cujus speciei, cum plura nobis Suppetant in Corp. Juris exempla, tum signanter Art. Pacificationis Linc. stus. Ut ut enim is simillima sit instrutus clausula; eundem tamen mere Tolerantiale esse, nemo iverit iaficias: Si enim pro Articlelo vim legis proprie talis habente accipiatur; certo certius est, a Josepho Imp. per Decretum suum Tolerantiale, vulneratam esse Causam Protestantum: Ut qui ipsorum Religionem, ex Articulata fecisset mere Toleratam, siveque (quod Hungari dicunt: *Tseberbüll vederbe Szálitotta vóna.* Tota itaque trium illorum Capitulorum: Pacificationis nimirum: Licensis, Tolerantiae Josephinæ. & clausulæ toties repetitæ differentia in eo sita est: quod iis successive, magis (Eheu) ac magis dilatata sint Phylacteria Protestantica; quin iisdem valor, legis accessisset. Majus namque & minus: Ut axioma Physi.

eo Juridicum fert: Non mutat speciem, ex quibus qui-
dem per modum Antitheieos legitime intulefis. Quid
que madmodum nullum articulum in favorem Religionis
suæ conditum allegare valeant Protestantates, qui Com-
muni omnium SS. & OO. Consensu fuerit approba-
tut. ita ab opposito: nullus omnino paragraphus con-
tinebatur in Representatione a Sacerdotio illo Conventu
SSæ Suæ Majestatis facta, qui adversatus fuissest ali-
cui Regie, aut Regnicolari constitutioni, ad idus
que temporis Dietaliter definitæ. Alias ipsi DD. Pro-
testantes, suo se damnassent Calculo, transgressores
videlicet: Legis Patriæ se agnoscendo & quidem
multo prius effectos, nimirum: jam tunc dum con-
tra Resolutiones Regias die 7. Novembris, emana-
tas, Cautelam Reservatæ interposuerunt. Ita nem-
pe non Videmus tantum quod in tergo est:

27.) Quid quod de ipsis adeo Resolutionibus Regiis,
cum aliquibus mordificationibus, bono post tempore,
Statibus & ordinibus iterum a sua Majestate trans-
missis, adhuc Quæstio in publica sessione per ipsum
Præsidem sit mota: Num illæ instar Regiarum mere Re-
solutionum sint venerandæ? An vero in Tabulas refe-
rendæ? Ut adeo longe Clarissimum sit: Sacrum il-
lum Catholicorum Conventum nihil egisse, unde vi-
olatores, aut; vel minus observantes Constitutionum
Regnicolarium, vel Regiarum arguerentur.

Hoc

Hoc tamen non obstante, nolim esse ita cupidus vindictæ, ut de Adversario Talionem repetam. Pro aliorum nihilominus exemplo, dictamine Tit. 13. 1æ in Caput suum laudati, non foret abs re: Si se veræ illius, quæ ibi infligitur pena loco; ferulam toties acciperet (en quain benigne cum illo ago) quot reperta fuerint Capita, & Conventu Catholicorum suæ Majestati ræpresentata, legibus patriis non Contraria. Numerantur quiden illa septemdecim pag. 25. & 26. quorum tamen nec umicum est erroneum cum contra libelli hujus pag. nulla vacet erroribus sic. pag. 12.

28.) Trium Religionum Sectatores assimilavit Rabula, tribus ejusdem Patris - familias siliis, quos esto tria diversa profiterentur, instrumenta, fides nempe: Organum, & Cymbalum, Focoque insuper, & mensa separatis uterentur, Patri nihilomininus solatio futuros ait: modo tranquilli Viverent. *Talemque sibi, Sociisque exoptat Rempublicam!* En illuminatum nostrum subito excæcatum, qui non videat: discrimen inter tria musicarum genera, & ternas Religiones.

Illa nimirum: de se esse indifferentia ad vitam hanc tranquille traducendam: Religionem contra non nisi unicam dari salvificam, juxta illud scripturæ: *Unus Dominus una fides, Unum Baptisma.* Eph. 4.

5. ut si diceretur : *sicut unus Deus ita una Fides.* Nec mea solius sunt isthæc Verba , sed concilii Gen. etiam Vien. ut videre est Clem. unica de summa Trin. novitia hac fide vere non salvifica sæculis *duobus antiquiore.* Neque legere est ullibi (ut dictu frivola hominis paritate abutar) *sine fidibus* , sed sine fide *impossibile est placere Deo.* Hebr. cap. 11. 6. Ut adeo neque ista trium instrumentorum Musica , sicut nec ullæ actiones humanae possint esse meritoriae vitæ æternæ ; *sine prædicta Fide!*

29.) Atqui hoc ipsum est, contra quod velis remisque agit Adversarius , contra fidem videlicet : unice salvificam , pag. 22. *Sacerdotalem passionem* , *exclusivæ salvationis* pag. vero 30. horrendam : appellando *Doctrinam ! Obscurum dictum ! Clarius loquere* ; edic denique sine ambagibus : An neges texatum modo laudatum : *Una fides &c.* Imo vero : credo inquires : At in sensu scripturæ , non autem Papistarum : Quatenus enim fides accipitur , pro certis articulis creditu necessariis ad salutem , Unicam , eamque salvificam dari sponte profiteor. Contra vero si sumatur pro Religionibus & cætibus hominum , solis ritibus , ac cæremoniis discerepantium , ut sunt Exempli causa : Romano - Catholicorum , & Evangeliorum , istud est quod nego : aliquam nempe harum : fidem esse unice salvificam , cum in singulis earum salus

obtineri queat, modo fides, priori significatione accepta, retineatur. Ita tu quidem, & ut putas: in tui defensionem, cum interea gravissime causam tuam labefactes. Ea siquidem proters, quæ evidenter evincent: Fidem Romano Catholicam esse unice salvificam. De hac enim sola potest quis humano quoque ratiocinio convinci: quod complectatur omnes articulos ad salutem creditu necessarios, quandoquidem nihil etiam eorum prætereat, quæ Augustana juxta ac Helvetica Confessio pro necessariis seu (ut illi dicunt) fundamentalibus habet; secus enim si quam omitteret, non haberetur pro salvifica vel ab ipius Protestantibus.

Cum ab opposito neutra illarum Confessionum adoptet omnia, a quibus Catholicæ salutem dependere credunt. Ut proinde, nec quidem dubitari possit a Protestantibus: Num Catholicæ Religioni desit aliquid dogma ad salutem necessarium? possit contra rationabiliter quæri; An aliquo ejusmodi articulo destituantur Confessiones Protestanciarum? Idque tum inde: quod non omnia dogmata admittant, quæ Catholicæ? tum quia: Ipsæ etiam inter se se non Conveniunt. Unde illud (ut minus) conficitur: quod tibi ipsi certum esse debeat: Religionem Catholicam esse præ omnibus, adeoque unice salvificam sicut certum est Quod plus (ut Reg. juris habet (semper continent,

id



id, quod est minus. Lumen autem rationis dicit: Ut quod certius est; præsertim vero in negotio salutis eligatur. Quorum corollarium, illud etiam esto; *Magis nempe credendum esse duobus testibus quam unius.* Jam vero trium (de quibus agitur) Religionum, solum Röm. Catholicam ab utraque alia conjunctis Suffragiis; Duas contra easdem singularibus, ijsque sibi invicem mutuo datis, ac proinde interessatis, haberi: pro salvifica; ut adeo in meridie palpare eum sit necesse, qui non judicet. Fidem R. Catholicam præ reliquis esse amplectendam.

Ego equidem, si Cathecumenus essem, irrationabiliter profecto, me acturum censerem si considerata vel sola certitudinis hujus, securitatisque majoris ratione; Protestantismo Religionem R. Catholicum non anteferrem.

30.) Si tamen hæc (ut ut clarissima) tibi Captu difficultia videantur; id saltem, quod ipsis adeo externis sensibus patet, edissere, edissere inquam, si audes: An revera cum passione Sacerdotali, & horrenda illa doctrina, qua tu paulo ante, fidem unice salvificam designasti, e vita decessisse existimes: Josephum Imperatorem? Qui Intimate, eoque in Materia tibi gratissima; Tolerantiaz nimirum: die 24. Maj. 1782. edito: *Fidem Romano Catholicam unice salvificam esse, atque se in eadem vivere ac mori velle pavlam*

Iam orbe universo professus est, Vivosque ejusdem reliquit hæredes?

Quæso te amice (hoc nomine Salvator quoque noster dignabatur, Judam Proditorem) Quæso inquam te: Ut si Deum (simili pericope usus est quoniam etiam Joannes Apostolus) quem non vidisti haud veneraris; saltem Principes, quos Vidisti reverere. volo dicere. Ut intuitu ad minus principum parcas ipsorum Religioni, istudque si non ex amore, saltem ex metu: ne illatum Religioni suæ per te scomma, quo illam compellasti: horrendam, veluti blasphemiae crimen vindicari jubeant, utpote ad versum Art. 46. 1741. Patratum: Ubi Fides R. Catholica: Una, eaque sola vera esse dicitur

Quamvis enim haud sit ignotum, de rebus etiam Sacris, similia, quandoque prædicari, sic Gen. c. 18. 17. legimus: *Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi Dominus Dei & porta Cæli.* Aliud tamen est: aliquid Sacri horroris incutiendi aliud contemptus Caussa de re Sacra dicere: Illud reverentia est, hoc blasphemiae. Major autem blasphemia est; Quod Fidem eandem: *Exclusivam salvacionis esse Proclamas.* Curnam autem istud? Ideone: quod sine illa non obtineatur salus? atqui vel eo ipso est Unice expetenda, quod sola sit, quæ viam monstrat salutis. Præter arctam euidem viam & angustam portam, de qua Salvator Matt. 7. nulla aliadatur, quæ ducat ad vitam: Grandis nihilominus blasphemia foret; eandem propterea:

*Exclusivam Salvificationis, figmentum Sacerdotale,
horrendam denique, seu Vitandam Compellare! Par
autem militat, pro utraque ratio, par scripturarum
authoritas.*

Ego vero illud præterea hic observo: quod sicut Doctrina de Fide unice Salvifica, connectitur cum Via Evangelii arcta; ita perswasio: fidei non unice salvificæ, molle quoddam stratum habet, in via spatioſa. Qua enim quælo alia ratione Lutherus, & Calvinus fideles abstraxit a Vera Ecclesia, nisi dando Sacerdotibus Uxores, Principibus ſacularibus: Bona Deo dicata, populum denique Universum solvendo ab observatione præceptorum Ecclesiasticorum? Tolle dissolutionem hanc e moribus heterodoxorum, et protestantismum eradicasti.

Vis ne in temetipſo capere experimentum? Eja, age: Ingrēdere Viam arctam: Jejuniorum, obſervationis Festorum, ac confessionis annuæ &c. et illi- co: Fidem salvificam esse unicam prædicabis! Cer- te unicum discriminē illud: Quod quemadmodum Fides unice salvifica, via insitit arcta, ſic ab oppoſito: ſententia de fide non unice salvifica, via ambulet ſpatioſa, cuivis ſanæ mentis, ſuæque ſalu- tis ſtudioſo, ſufficere debeat: ut repudiata hac, illam amplectatur, Nedum ut eandem: *Exclusivæ Salvi- ficationis, & horrendæ doctriñæ, Sacerdotalisque Paſ- fionis nomine traducat.*

31.) De His itaque (ut dicebam) blasphemis possem te accusare, ac nominatim vi articuli quoque nuperi 26. non solum talia maledicta, sed & quævis lcomata a nostra Religione removeri jubentis, rem agere, nisi mallem altiori causam hanc relinquere indagini. In Terris equidem Turcicis si similia pari impudentia adversus Sultani Religionem effutiviss: nedum scripto vulgasses, absque ulteriori profecto disquisitione temeritatem tuam capite Luises. Tu interea memineris; Quod si horrendum sit incidere in manus hominis Iudicis. Multo certo magis horrendum erit incidere in manus DEI viventis! Hebr. 10. 11.

Atque id ipsum est inquires; in quo tu sequeris Dominum dicentem, nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete Eum, qui potest & animam, & Corpus perdari in Gehennam Math. 10. 18.

Principibus quidem omnem deberi reverentiam, veluti potestatem habentibus in Corpora, secus vero in animos subditorum. Neque Religionem eorundem ita dominantem a te haberi, ut tuam illi postponendam censeas. Sed neque ego te eo urgeo, ut fidem orthodoxam, ea præcise de causa amplectaris, quod eandem Principes nostri profiteantur, istud enim tibi tam parum prodesset ad salutem, ut si nullius Religionis esses, verum difformitas illa, nulli non displice-

splicere debet : quod Principum nudam permissionem , & invitam tolerantiam amplectaris , præ eorundem exemplis ; quibus nempe : Fidem Romano Catholicam , unice salvificam esse , verbis & operibus , viventes juxta ac morientes palam contestantur , quin & jurati affirmant . Anne tibi nullum interesse videtur discrimin : inter tolerantem , & sponte amplectentem ? toletantia si nescis , ex ipsa notione Nominis : mali permissionem , professio contra spontanea : Boni prosecutionem indicat . Sequere igitur principes Tuos profitentes potius quam mere permitentes , in amplectenda nempe : Fide Catholica & ea nempe quam nec tu negas esse salvificam . Adde ergo eidem vocem : *Unice* , & rem perfectam dedisti : ut vero addas , etiam ipsa ratio salvifica exigit ; eam enim *simul veram esse* oportet . *Visne ut Tuis te Verbis* Et in forma quidem sylogistica capiam ? sit ita : Fides salvifica non protest non esse Vera , Vera autem tot inter Religiones sibi contrarias esse nequit nisi *unica & sola* , fidem igitur quam , esse salvificam jam agnovisti , unicam quoque ac solam , proficere est necesse ; si tamen non dico : salvari , sed vel vir verborum esse velis tuorum .

32.) Sed observo fascinum quod cor hominis susflaminavit ad resistendum agnitæ veritati . Indifferencium videlicet : ac libertinismum , secus velle haud posset ; salvicas esse diversas Religiones : Crimem hoc

apud nos est Religionario - Politicum , damnavit enim illud jam dudum sedes Apostolica , damnarunt Principes quoque nostri et nominatim Diva Maria Theresa Intimato suo Die 3. mensis Maji Anno 1767 emanato , & a me hic ad calcem adnexo eo etiam fine ; ut advertant Magistratus , delictum hoc esse strikte publicum ; adeoque Jure publico seu Actione (quod dicimus) Fisacli ex forma ejusdem Decreti Vindicandum . Quod utinam quam Apostolicum est , ita executioni datum fuisset ! Emansisset profecto contagio illa pestilentissima , quæ jam Regno toto magis sparsa est , atque Zitania in agro Dominico , quod vel ex hoc libello patet , qui totus eodem infectus est . Statuatur ergo in illo , si auctor lateat publicum (ut minus) Proscriptionis Exemplum ! ad quid enim leges conduntur , si transgressores aperti non puniantur ? Impunitas profecto hujusmodi magis provocat ad violandam , quam ipsa lex ad observandam prohibitionem .

Sed quid truncamus ramos , si radicem intactam relinquamus : unde rursus repululent rami ? Radix autem vitalis Libertinismi , est illa ipsa pestilens Doctrina , quam paulo ante insectati sumus , quave negatur sola salvifica fides . Reduviam igitur curat , qui fidem unice salvificam negari dissimulat . Crede : hanc dari , & omnem libertinismum ac Indifferentismum

radi-

radicibus evelli sti, neque enim ibi plura possunt esse libera; ubi unum porro est necessarium. Hinc fit: ut hoc antidoto neglecto a Rabula quoque pag. 16. Religiones: *opiniones gratuitæ, & ambulatoriæ compellentur.* Cum iam prius pag. 14. & 15. verba legantur sequentia:

Certum est, quod Hungari libere receperint Religionem Romano-Catholicam, quidquid autem libere recipitur; posse etiam libere dimitti. Hui! non tam licenter in negotio Religionis, quando vel in aliis minoris momenti rebus, valere debet illa Juris Regula: Quod semel placuit displicere non potest: secus quid aliud sequetur: nisi Hungaros sicut fuisse liberos, ad deserendum paganismum, ita posse eundem ab iisdem pro libitu resumi, prouti resumtus erat sub Andrea primo, Hungaris maximam partem apostatantibus, Insuper habito, vel primo, quod nuper condidicerant Decalogi præcepto: Ego sum Dominus Deus tuus &c.

33.) Opportune autem incidit hic mentio Andreæ primi, in exemplum videlicet: futurorum Hungariæ Regum; ut quando prævalente subditorum importunitate quidpiam quod Religioni Sacrae aduersaretur, invitis illis fuisse exortum, eidem rescindendo, proximas, quas nacti essent vires, penitus impendant, quemadmodum fecit Andreas noster: *Quod si queratur:*

tur: Recte ne an secus? Rabula equidem non aliud reponere potest, quam illud solenne suum: *Libere permisit, libere igitur & prohibere potuit Ethniciismum.* Sed si quis ex occasione subsuntat: Atqui in Hungaria quoque libere permissa est Protestantium tolerantia, poterit itaque & Libere tolli. Nec est pro mere hypothetica hæc propositio habenda, ut quæ jam transiverit aliquando in absolutam. Articulo nempe: 21. Anni 1687, quo jam privati, jam restituti erant Protestantes suis Beneficiis. Quod autem factum est, fieri utique iterum potest! *Igy fogják meg maga Szaván a harist.* De cætero Andreas Rex altioribus nicebatur principiis: ac signanter illa Juris Regula, quæ docet:

In malis promissis non esse fidem servandam. Ut primum itaque sensit ille, se viribus factiosorum esse superiorem, mox adversus Hungarorum Apostasiam, in cuius liberum exercitum prius consenserat coactus: promulgavit Edictum, illud nempe: ipsum, quod corpori Juris hodieque legitur insertum, seuerissime: adeoque sub poena capitis & amissione Bonorum præcipiens: quo relicta Idolatria ad fidem quam Proto-Rex Divus Stephanus Regno intulit, Ipsique etiam jam professi fuerant, omnes qui defecerant, reueterentur.

Secutum est, nec multo post aliud quoque hoc in genere idque notabilibus documentum a Bela primo Rege editum.

Is enim Hungarorum , iterum recidivorum cori-
pheos, ingenti strage de medio tolli jussit , quo se con-
formaret Constitutioni Andreæ I^mi, Ethnicoſ paulo ante
Vita & Bonis multantis. Adeo nempe: infirmum ,
clumbe, & a Majoribus nostris , jam olim explosum,
prædamnatumque est illud principium ; quod impius
hic Rabula nobis obtrudit. Religionem videlicet Ca-
tholicam , quemadmodum a Deceſſoribus libere rece-
pta, eft ita per posteros libere repudiari posse.

34.) Nec eſt, quod quis hic interloquatur. Tranſitum a paganismo , cum transitu ab hæresi ad Reli-
gionem Catholicam , tam male comparari; quam longo
intervallo distat , Ethnicismus a Christianismo? Nam
eſto ſpecies hæ inter ſe ſint diverſæ ? Rationes nihilo
ſecius , quas acatholici nostri pro libero ſuarum
Confeffionum exercitio allegant , perinde pugnant
pro paganismo , aut Mahometismo ; ac pro Protestantismo
permittendo. Libertas nimiriū : Conſcientia-
rum , & irradicatae adeo Animis hominum induc-
tiones , ut persuadeant ſibi: eas absque reatu culpo-
pænaque æternæ , alterari haud posſe.

Quare fidenter affirmo: Reges nostros laudabili-
ter vestigiis , ſi non Belæ , ſi non Andreæ , Sancti
Certo Regis Stephani instituros in eo nempe: Ut
Edicto publico invitent , fuos Acatholicos ad ample-
cten.

etendam eam Religionem, quam Idem Proto-Rex in Decretis suis expressit, & profitendam toti Regno proposuit, quamve Andreas primus tam serio inculcavit, addita declaratione: Secus posse cum iis procedi ex tenore Articuli 23. 1715. ut si nec essent Indegenæ

35.) Atque hic locus est revocandi in memoriam Monitum, quod jam §. 8. præmiseram, me nihil omnino prolatrum: quod DD. Acatholicim vel nasum crispet, nedum bilem Moveat; nisi lacestum & provocatum adeoque necessariæ dumtaxat defensionis causa. Quæ sæpe eo rem dedit: ut qui dicit omnia quæ volet; audiat interdum ea etiam quæ non volet. Si ergo Rabulæ, qua Protestantium Advocato placuit pag. ult. declarare: Sacerdotes R. Catholicos Universe, nec exceptis quidem Prælatis esse meros Regni Locatarios (inquilinos : Zellereknek lenni) & ejusmodi: quidem, qui expelli tamquam Reip. noxii. (ut ibidem dicitur) debeant, adeoque (quod alter eidem geminus scriptor effutivit,) Neminem de Clero, qua singularem Personam, nisi sit nascendi conditione Nobilem esse. Placeat jam etiam audire: Neminem clientum suorum: seu Acatholicorum in Hung. Privilegiis Sacrae Coronæ gaudere posse, nisi ad summum Jure tolerantia temporalis. Nec debet ipsi paradoxa videri hæc propositio. Nam & minus habet acerbitas ac sua

sua, & argumentis, quibus illa penitus destituta est, firmatur tum Juris tum facti gravissimis.

36.) Quorum Princeps ut dignitate, ita & loco est illud: Quod ipse adeo Rex noster, Sacra corona redimiri nequeat, ac consequenter: Neque Prærogativarum, rerumque Ejusdem sit capax, nisi fidem Orthodoxam id est: Romano Catholicam (ut Verbis articuli: 2. §. 7. 1723. Utar (Religionem profiteatur: sed & legem habemus quæ directe jugulum petat Protestantium. Articulum videlicet: 54. 1523. & articulum 4. 1525. quibus nempe: id temporis, vita & bonis privabantur, quorum Jura nec unquam recuperunt, nec nunc obtinent, nisi privilegio tolerantiae arbitrariæ. Confirmaturque istud non modo articulo: 86. 1723. verum etiam posttemæ Diætæ art. 26. § 1. 4. Vi Quorum nimisrum: In Regnis: Dalmatiæ, Croatiae, & Sclavoniae, nec quidem per tolerantiam sunt DD. Protestantes Capaces Bonorum ac Officiorum. Valet enim hic quoque illa Juris Regula.

Exceptio firmat Regulam in Contrarium. Ut recte intuleris: Ergo in Hungaria iidem Capaces sunt unice per tolerantiam *per cariam*, Ne porro ex voce *Precariam* (quoniam æquivoca est) aliqua tibi subordinatur dubitatio; nosse debes: Adjectivum hoc a me derivari, non a substantivo fæminino: *Precaria*. sed a Neutro: *Precarium*. Interque istud potissimum inter

inter est : quod illa non sit, hoc vero sit ad placitum revocabile.

Aliter se res habet cum voce : *Locatarios*. Quales tu vis esse omnes Sacerdotes R. Catholicos. Cum potius considerata Technica vocis notione, dicendi essent: *Locatores*. In omni enim Jure: *Locator est ille, qui dat rem vel operam sicut ab opposito præstans mercedem aut pretium Locarius audit*. Jam vero, quidnam quæ agunt Sacerdotes; nisi quod operam Sacram Locent Reip. hæc autem ipsis tribuat mercedem, seu stipendum pro sustentatione, Juxta illud scripturæ? *Digus est Operarius mercede sua*. Deut. 25. 4. & 1. Timot. 5. 18. En iterum præclarum Ictum, qui nec terminos Juris technicos perspectos habet.

37.) Verum hic minimus est Rabulæ defectus! Horret animus vel cogitare: quam pestilens, & extiosa sit illa ejusdem doctrina, a qua huc evenimus: *Religionem nempe Catholicam Libere mutabilem esse*. Ut quæ Libertinismo Religionario superaddat Politicum. Quatenus videlicet Hangaris, non modo ad universalem Apostasiam, & fidei R. Catholicæ desertionem, compellans eam per Sacrilegiam quandam extenuationem: *Crimen non nisi Sacerdotalis imaginationis pag. 13*. Cum reipsa fidem negans in in Sacris literis pronuncietur esse deterior infeli 1. Timot. 5. 8. Ad illam tamen (ut audivimus) solicitat Hungaros

goros Rabula hic infidelis. Neque ad hanc solum solum, sed & per consquens, ac suo modo: adfectionem a Domo Austriaca! Quid enim responderet amabo? si quis (quod superi avertant) doceret: Hungaros, sicut fuisse Liberos ad hoc, ut Regnum suum facerent hereditarium sexui semino; ita Liberos esse ad eundem repudiandum? Enquo deducat hominem cæca improvidæ mentis dementia! sed Vulgatus ponamus exemplum, idque pro mille unum, Ex eadem nimirum doctrina sequi: Omne Matrimonium Libere dissolvi posse, quoniam libere fuit Contractum. Ut appareat oppido: Nihil in omni vitæ genere Communius esse: quam id *quod liberum fuisse a principio ex post facto evadere necessarium.* Ita Jura Omnia: N. G. ac Canonicum! ut vel hinc appareat: Rabulam nihil eorum nisi admodum superficietenuis (ut mos est modernorum sciolorum) rasissime!

38.) Nec immerito istud ego ei toties objicio, cum enim velit videri cum primis Jurium peritus, Attamen præter jam relata, edidit & alibi complura eaque luculenta suæ Jurium ignorantiae indicia, sic pag. 7. & 40. *Regibus & legibus, nihil posse ait esse periculosius, quam Manus Romano vinculo vinculatus, ob Juramentum videlicet: quod Episcopi novi debent præstare R. Pontifici. Ignarus Regulæ illias inter christianas gentes receptæ: Quod in hujusmodi Fidelitatis,*

tatis, & Obedientiæ Juramentis; esto non exprimatur, nihilosecius ex dispositione Jurium semper intelligatur exceptio: Papæ, Imperatoris, Regis, Patriæ &c. Quæ si non credit, Consulat Titulum de Fœudis in utroque Jure, & suam in Jure rursus videt ruditatem, interea vero fateatur mihi ingenuus (si quid tamen habet ingenuitatis) Num legerit, audiveritve alicubi & aliquando: Quod Sacerdotes R. Catholicj vi hujus Juramenti aliquem Principum suorum protestate sua privaverint, & conjecerint in arestum? Quod nuper Gallica Natio, Duce suo Mirabovio perpetrare præsumpsit? Notet autem hoc tibi exemplum Rabula, & quoties Vanus metus, & Lunatica illa de invadenda per Sacerdotes, Regia, potestate animum suum incesserit suspicio; Sit memor ejusdem, ut quemadmodum Pavo inspectis pedibus suis ad contrahendam caudam; ita ille ex modo dicti factus utique non a Sacerdotibus, sed charo, sibique simili capite abortivi recordatione, ad compescendam linguam scabiosam & Moderandum Calamum suum adeo effrenem admoneatur.

Sed quid ego cum desperato hoc Rabula, inaniter de Fidelitate erga Regem verba commuto! Qui Deo ipsi est infidelis, intenditque Eadem etiam alios reddere infideles, posteaquam nempe: Apostasiam (ut paulo ante relatum est) liberam esse proclama-

clamavit! Quanam autem putandum est libertate? Coram Deo ne & a peccato? At enim Xti Domini effatum est: *Nemo missens manum ad ararium & respiciens retro, aptus est Regno Dei* Luc. 9. Libertatem ergo civili & legum politicarum? Ne hoc quidem nam præterquam quod antiquioribus nostris legibus sit iterum iterumque proscripta, postrema insuper comitia articulo 26. §. 13. eandem declarant esse prohibitam, utpote: Religioni Catholicæ præpudicioram. *Omnē Vero a lege prohibitum peccatum est, & omne illud quod sequitur ex eodem c. 4. de cōst.* An saltem: Libertate a poena? Verum istam quoque; eadem comitia Regi reservarunt. Nulla ergo Libertate potest dici Apostasia a fide libera; nisi ea sola, qua omnia peccata, eo ipso quod talia sint, libera esse est necesse, secus nec essent peccata; cuius tamen libertatis abusum specialiter quoque & de Nomine vetuit Sacra scriptura dicens: *Quasi liberi, & non quasi velamen malitia habentes libertatem.* 1. Petri 2. 16. Ictus vero negat esse juridice liberum, quod Legibus est vetitum L. 15. §. de Cond. Inst. Quod iterum fugit nostrum Juristam. Nisi fors (ut ad propositum revertamur.) Jus fasque putet: Ut fides Deo, non item hominibus data frangatur? contra illud Apostoli: *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerint.* 1. Tim. 5. 12. En qualia Monstra pariat hic libertinismus.

39.) Quanam autem via & forma procedat, ad suam firmandam sententiam Rabula? Illone dilemmate: Certum est inquit: quod aut Hungari receperunt Religionem R Catholicam, aut R Catholica Hungaros. Illud posterius est dicere absurdum, quia taliter Religio R Catholica, fuisse debuisse in Hugaria, antequam fuisse Hungaria (Histeron proteron) Certum est ergo (sic enim Concludit Hister noster) quod Hungari receperint Religionem Romano-Catholicam.

Qui cum unicum hunc in toto hoc contumelioso opere, formalem (ut dicitur) posuisset syllogismum, in illo tamen etiam, erravit per ignorantiam Elenchi, intendendo nimirum; id probare, quod non est negatum ut mox videbitur. quamvis etiam vi formæ peccaverit, quod combinanti terminos patebit. Ut adeo Dilemma hoc illius, magis serviat ostendendæ ruditati suæ in Arte Dialectica, & Scientia Historica, quam probando, quod assumxit Themati. Major etenim Propositio, quoad utrumque cornu, in sensu obvio est vera, contra indolem Dilemmatis: quoniā & Religio Ramano Catholicæ recepit Hungaros in filios, discipulosque, & Hungari receperunt Religionem Romano Catholicam in Matrem, & Magistram, atque sic Concedendo totum: negatur consequentia adeoque uno iictu decutitur utrumque cornu dilemmatis, si cui vero istud esse impossibile videatur

tur, titulo nempe: prioritas; is meminisse debet, matris, & filii nomina eodem momento nasci. Ceterum sive dicatur: Religionem Catholicam ab Hungaris receptam, seu vicissim, manet semper tamen verum: eam repudiari non posse.

40.) Quod vero Religio Romano Catholicā prius fuerit in Hungariā, quam Hungari sint conversi, non modo Jure toti orbi Communi, verum etiam fide constat Historica. Jure ajebam commuui; fundato videlicet in Dispositione ipsius Christi Domini, qui cum prius voluisset Doctrinam suam, Limitibus Iudeæ circum scribi ut refert. Sed etiam Hieron, L. 4. Com. in C. 15, Matt: 3 postea tamen demandavit illam cum orbe universo communicari Præcepto illo, Apostolis, Discipulisque imposito: *Euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creaturæ* Marc. 16. 15. a Jure autem isto, quis excluderit Hungariam? Religionem porro Catholicam re ipsa etiam fuisse inter Hungaros, ante generalem Hungarorum conversionem, relatione quoque historica probatur; tum inde quod jam sub Carolo magno reliquæ Hunnorum, & Avaram ædes Sacras habuisse in Regno legantur, tum etiam inde, quod D. Stephanus capropter potissimum dictus sit Hungarorum Apostolus: quod peculiariter gentem suam ad fidem converterit, non perinde ac alias nationes, ut quæ jam sub ipsis majoribus, in

Hungaria præ nativis Hungaris copiosiores erant, iisque Christiani. Legatur Inchoffer in Annal. Eccl. Hung. ad annum. 980.

41.) Sed quid ad hæc Adversarius? nihil certe solidi ac erudit, bene autem novarum, & confertarum Calummiarum, & quidem in primum eumque Sacrum Regni nostri statum, Prælatos intelligo, veluti *Principis potestatem*, ut ille pag. 6. dicit *circum Sacra periclitantes*. Novum crimen Incliti SS. & OO. ac quod maximam exigat attentionem, atque investigationem! An non sapiat notam adeo infidelitatis? Si namque se se erigens contra Regiam potestatem civilem, ab hoc criminè vix absolveretur, nescio quid censendum sit de eo, qui ejusdem Regis potestatem circa Sacra in discrimen adducere attinet? Pazmanus quidem in sua (de qua mox) dissertatione: imputationem Regiæ hujus potestatis ad crimen læse Majestatis revocat. Videamus ergo quænam, qualesve sint periclitationes, seu insidiæ illæ? quas Prælati Hungariæ in Potestatem Regiam moliantur.

42.) Anne ad obsidēdām Vindobonam Turcarum incentores & itineris Duces se præbuerunt? quod fuisse constat Tökölium! qui ipse etiam se Ducem Hungariæ suis in nummis procudi jussit, Regisque titulum a Turcis, in præmium Hungariæ jure Clien-

tejari

telari ipsis obstrictæ, contra Leopoldum legitimum suum Regem acceptavit. Anne magnam Hungariae partem Dominatui Rudolphi subdixerunt, quemadmodum subduxit Bocskaius? Qui non contentus Serviae Bosniæ ve corona a Vefrio obtenta, Regem insuper se ferebat Hungariae? Anne illorum aliquis in Regem Hungariae se se eligi repisa passus est: prout: Bethlehemius in Neosoliensibus comitiis adversus Ferdinandum Regem! ut nihil sibi jam deesse ratus sit, nisi quod maluisset ut ab Archi-Episcopo Strigonensi, quam ab Alvincio ministello suo coronaretur.

43.) Hì autem omnes illius erant Religionis, pro qua sub prætextu Catholicorum, qui se se a conventu toties memorato absentaverunt, defendenda, in arenam prodixit Rabula noster. Cui ego cum plurimâ possim opponere Fidelitatis erga Augustissimam Domum Austriacam argumenta ab Ecclesiasticis jugiter edita, de eo solum; quod vicinus, & ad huc quasi sumans est, quero: Qui nam pro Sexus fæminei in Regno nostro successione hereditaria magis laborarunt, quam Ecclesiastici? Ac nominatim Archi Episcopus tunc Colocensis.

Patria perpende!

Quæ quidem Exclamatio, ut ut ejusdem Rabulæ sit, qua nempe pag. 41. is Regnum universum adversus Sacerdotium concitare molitur, a me tamen

E s

huc

huc translatæ est eo, quod magis Cohæreat cum al-
lati modo exemplis, quam cum illius pag. indicata
egestis maledicentiis. Repeto igitur eandem Epi-
graphen:

Patria perpende!

A quonam hominum horum genere fuerit unquam
potestati Regiæ magis metuendum? ab inermibus ne
Sacerdotibus, an ab armatis ejusmodi subditis, qui
nunquam fuerunt hostes Coronæ, quin simul perse-
querentur Tiaras. Et vicissim. Pacem, creabant illi
quidem, sed revera palpum obtruserunt- opere ipso
respondentes, celebri illi veteris Testamenti, Arcæ
nimirum: Domini, & idoli dagon, in unum fanum
inclusorum figuræ, 1. Reg. 5. & Pauli Quæsio: Quæ
societas Lucis cum Tenebris. 2. Cor. 6. xv. 14. omnis
enim homo (ut Cap. 13. est apud Eccli) simile sui
sociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando? cum
autem nomine: Dagon & Arcæ, Lucis ac tenebra-
rum diversæ Religiones veniant; indubium est: inter
harum & illarum cultores, veram pacem impossibilem
esse, illam vero, cuius spes promittitur, non nisi
fictum velamen præseferre, sub quo interea Acatho-
licismus roboretur ac latius propagetur, valentior
denique evadat adversus Catholicos.

44.) Rabula quidem pertubatæ pacis publicæ cau-
fas hic in Clerum transferre nititur, dum mutuatis a

Mira

Miraborvio sententiis Ita exclamat: *Tempus tandem ad-
venit, Lacerandi velum Hypocrisis, tempus est expo-
nendi Universali conspectui Passiones Sacerdotales, & po-
pulis cognosci facere homines, qui perfidissimis factio-
nibus, salutarissimam omnium resolutionem reddere vo-
lunt execrabilem.* Ita ille. Ut mihi succensere neque-
at: si ego jure faciam, quod ipse fecit injuria. Ex-
clamo igitur (atque utinam exaudiar) *Tempus tan-
dem advehisse, detrahendi Larvam Philautiae seu a-
moni proprio inordinatae Protestantium, ac universa-
li Catholicorum conspectui, exponendi causas præci-
puas: Curnam illi velamen pacis tantoperere præten-
dant suis conatibus?* Non alijs profecto istud agunt
ex motivis quam quia pro comperto habent: *Pacis hu-
jus sequelas, suis partibus unice proprias, contra
vero Catholicis iniquas fore.*

Neque enim pacem petunt, nisi cujus Conditiones
sint duæ illæ principiores, ut nimirum: sine discri-
mine Religionis ad Majora etiam Regni munia ap-
plicantur. Et hæc non sit *Philautia*, quemadmo-
dum ipsius utilis, ita detrimentosa Catholicis: *Digni-
tates Politicas ad huc solis possidentibus?*

45.) Tum vero ut Jurisdic̄tio Ecclesiastica, quæ
ex primæva Diœcesium institutione ac partitione solius
Cleri R. Catholici erat propria, ex post dividatur, ac
cum

eum Ministellis communicetur. Et hoc non sit ite, rum *Philautia*, Clero injuriosa & solis Protestantibus favorabilis inordinato eorum amori proprio subser- viens? Quænam autem quæsto, tam hebes natio dari queat in orbe, quæ non postulet atque urgeat pa- cem cujus conditiones quemadmodum ipsis solis pro- pitiæ, ita adversariis sint nocivæ? Catholici profe- ðto nostri, non dico noctuis, quæ tamen saltem in tenebris, sed ipsis adeq. talpis, quæ nec de luce vi- dent, Cœciores haberi merentur: si ista non videant. Ego autem adhuc ulterius prospicio, nempe: Nec pacificationem quidem hanc, istic Articulis sanctam fore firmam ac durabilem. Faxint superi: ne posteri oppsitem experiantur! ut locus sit hic mutatis pauculis, Ver- sibus illis Horatianis.

*Si Protestantum fors ex me secta roget: cur
Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipsa vel odit?
Olim quod vulpes ægrotto cauta Leoni
Responlit; referam: quia me. Vestigia terrent,
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum,
Bellua multorum es Capitum! &c, L. I. Ep. I.*

Cadent quidem cadent (ut spero) iterum aliquan- do Paetontes hi, Atque utinam multo ante Universale incendium tempore, & sine incendio!

46.) Interea autem si pax publica quæratur, Cer-
tissimi

tissimi simus : eam in diversitate Religionum tam parum inventum iri quam parum : concordiam inter Arcam Domini, & idolum Dagon , societatem lucis cum tenebris, communicationem lupi cum Agno. Istud docent (ut jam audivimus) Sacrae Literæ , Istud memoriae posteriorum prodidere Majores nostri , & Viri quique sapientes , non solum in lemmate illo : *Concordia res parvæ crescunt maxima dilabuntur.* Quod certe præprimis de Religionibus est intelligendum. Verum etiam scripto suis in monumentis : Istud denique Confirmarunt Regna & Provinciæ experimentis hodieque lamentabilibus. Nunquam nimirum: Omni no nunquam adhuc accidisse, ut insinuantibus in aliquam Nationem diversis Religionibus: non fuissent mox secuti ingentes motus intestini. Palam faciunt istud: ut *Vetustiora omittam*) vel prostremorum sæculorum exempla : In Germania Protestantium , In Gallia Hugonotarum , in Anglia Schismaticorum. Ubi quamvis Jacobus 2. Rex. decreverit : Omnibus deinceps liberum fore quamcunque vellet Religionem sequi, turbas tamen non tantum non sopivit, verum etiam in immensum auxit. Hic nempe est fructus Liberi Religionum exercitii.

47.) Atque utinam nec nostrum Regnum, tragica ejusmodi fata corripuerint unquam ! Ab ultimo equidem seyharum adventu , duorum fere sæculorum curriculo nullorum Annales nostri meminere Hungaros

inter motuum domesticorum, quamdiu nempe: Unius erant Religionis, At ut primum tempore S. Stephani Regis pars una eorum, alteri saniora dogmata amplectenti renuit uniri, illico perturbata est R^esp. in aciem prodeunte Cupa symegiensi, nec multo post Gyula Transylvaniensi. Revocata est quidem subinde pax Alma, per eundem Regem Sanctissimum, sed non nisi mediante Religionis unitate sancta, duravitque eadem inter patriotas, quamdiu ijdem perseverarunt in suscepta Religione, exulavit contra, his ab illa se se abscondentibus sub Andrea primo, nec poterat restaurari, nisi effuso (ut meminimus) popularium sub Bela primo sangvine.

Sic posterioribus quoque temporibus nunquam gens nostra contra gentem talibus, quales Bocksaianæ, Bethleminæ, Tökolianæ, Rakoczianæ erant secessionies insurrexisse: nisi Religiones diuersæ eas instigassent. Ut adeo si non aliis argumentis, nostris certe damnis Nos sapere oporteret: frustra publicam quietem in libero diversarum Religionum exercitio collocari, ut pote quod ex indole sua haud sit aptum pacis procurandæ medium, sed potius fons & origo tempestatum. Nec est quod quis hinc concludere nitatur: Errare igitur Regem, errare Comitia: dum pro motivo indulgendi Protestantibus Liberi Confessionum suarum exercitii, assumunt communem Regni tranquillitatem.

litatem, Probe enim notandum venit : aliam esse temporaneam, aliam stabilem ac firmam Regni tranquillitatem, aliam spem, aliam certitudinem. Rex itaque & comitia, cum nondum possint certe sibi polliceri firmam ac stabilem pacem ex abolitione Hæresum, sperant saltem interimalem ex temporali tolerantia instar minoris mali ad majus malum evitandum concessa. Quamquam in hoc quoque sepius jamsua Regnum fecellerit expectatio, Ac utinam non fallat unquam etiam in futurum: Non dico quidem: Omnes Reip. perturbationes a diversitate Religionum ortas aut orituras esse, Certa tamen historica fide affirmare audeo: Nullum unquam diversitatem Religionum sine turbis, ac civium seditionibus, in Regnis diu persistere potuisse. Ut pateat: vel hoc unicum, cuvis Nationi quietis internæ studiosæ, sufficere debere: ad omnem hæresim e medio sui extirpandam. Ipsa adeo vocis Natione, quæ sectam seu secessiōnem significat id ipsum suadente.

48.) Quare si Remp. nostram plene ac stabiliter pacatam esse cupimus, Ante omnia omnino curandum est: ut universi ejusdem Religionis simus. Id quod etiam ipse Adversarius extra controversiam ponit. Ut jam nihil amplius restet querendum nisi: Cujusnam? Romanone Catholicæ? An Protestantice? Neminem autem puto (modo sanæ mentis existat)

qui

qui non respondeat: Eam unice amplectendam esse, quam præcisissimis omnibus etiam aliis considerationibus, Ipsa adeo recta ratio suadeat esse præeligendam. Certum porro est hanc a Romano dumtaxat Catholica stare. Idque ex propriis utriusque (ut jam in principio memini) Religionis principiis, Romano Catholici enim pro dogmate Fidei habent: Non posse se Salvari, nisi in sua Religione, cum ab opperto; Acatolici nostri teneant: salutem ipsis esse possibilem, et si facti fuerint R. catholici. Quid autem quæso, rationabilius dari, aut vel eogitari, queat quam ut illi potius suam mutent Religionem, qui jūdicant: Illam non esse unice necessariam ad salutem, quam qui solam suam habent pro salvifica? Cum alioquin ab his aliquid impossibile, ab illis contra: quod iisdem possibile, imo plene Liberum, atque interprete etiam Rabula prosus arbitrarium existit, peteretur. Si itaque DD. Protestantes pacem Hungariae serio, & ex animo disiderant; eam non in libertate, Religionum sed in Convesione ad Fidem R. Catholicam querant,

Atqui in Anglia (inquiunt) Pax summa viget, in summa Religionum diversitate. Itane vero? Vigeret ne autem illa etiam tunc si omnes Angli fierent Catholici? Vigeret utique & multo magis, quam vel moderno tempore quo nimirum: Religionum causa motus excitantur ibidem non modici Scotis Catholicis

par libertatis Religionariæ exercitium potentibus cum
Acatholicis. Id ut minus nemo vel leviter chrono-
taxeos notitia tinctus, mihi negaverit: Angliam nunquam
tot tantisque turbis domesticis agitatam fuisse quantis, a
Schismatum suorum temporibus ut, nullos notabiliiores
Regni concursus habuerint, quin de Religione fuisse
acriter certatum. Ac si aliqua adhuc pace, per in-
tervalla fruebantur Angli, hujus prosector vera ac ge-
nuina causa (quam mox pandemus) non erat præ-
tensum illud liberum Religionis exercitium , quod u-
tinam in nostra Hungaria liberius non haberent Aca-
tholici ! Illic enim nostriates, ineapaces redditi sunt
(ut reliqua taceam) etiam omnium majoris momenti
muniorum, ut opportune omnino admonerentur A-
catholici nostri : tamdiu irrationaliter a se peti Com-
munionem omnium apud nos muniorum cum Catho-
licis, donec intellectum fuerit: illud fieri in An-
glia, non secus ac in Hollandia. Ubi insuper nostri
Coguntur : Matrimoniales aucto Contractus ritu Ca-
tholico jam initos, coram Civili quoque Magistratu i-
terare. Sed nec volunt Religionem suam nisi do-
minantem utrobique nominari. Ut effrontes sint o-
portet: qui prærogativam hanc apud nos vollicant.
Si etenim vel illius meminerint (cuius tamen nun-
quam poterunt obliuisci illorum videlicet Religionem a
nostra esse deficientem; erubescere equidem debebunt:
Negando huic Titulum: Dominantis, quem Angli

sue Sectæ arrogere præsumunt. Sumant sibi exemplum illi a Vicina Polonorum Rep. quæ hoc eodem, quo hæc scribo tempore, Religioni R. Catholicæ Nomen Dominantis suis in comitiis articulo speciali asseruit, sectis aliis ad indultum tolerantiae relegatis.

49.) Quod si quæras: In quoniam consistat illa Religionis Rom. Catholicæ dominatio? Ego ad quæsumum hoc trifariam respondeo. Videlicet: Mysticæ, Dogmaticæ, & Politice seu Municipaliter. Mysticam veræ Religionis dominationem, vivis coloribus repræsentat nobis Joannes in sua Apocalipsi, cum ait: *Veni ostendam tibi sponsam, uxorem Angni- Jerusalem novam descendentem de caelo, sicut sponsam ornatam Viro suo: Quo quidem in Typo, quemadmodum nomine: Agni. Venit Christus Dominus; ita per Sponsam, Uxorem, intelligitur: Ecclesia, seu Religio R. Catholicæ. sicut itaque Ille Dominus est; ita & Hanc pro Domina Venerandam esse clarum est. Mysticæ nempe: Interpretatione, vera tamen, Mysteria enim non sunt mendacia.. Sed veritates sub velamine latentes. Paulus vero Apostolus ejusdem Religionis Dogmaticam Dominationem, Illi attribuit virtuti, vi cuius: In Captivitatem redigitur intellectus in obsequium Christi Domni 2. Cor. 10. Quæ sane definitio Religioni veræ ita dogmatice propria est; Ut ab omnibus, qui salvari velint, obsequium Animi, sola veluti*

veluti Domina Jure suo exigat. Politicam denique seu Municipalem (ut ita dicam) aut externam : Et ad præsens Institutum restrictam, Religionem *Dominantem*, in quavis Provincia, illam esse jure dixeris : Cui ab aliis **debeat** servitus **extrinseca**, illam vero ab apposito *Servientem*, quæ patiatur, & **debeat** ex dispositione Legum alteri servitutem. Atqui apud nos, Religioni R. Catholicæ debentur certæ feryitates a sectis Protestanticis : tum positivæ , tum negativæ etæque, etiam ex recentissimis Articolorum Diætali- um determinationibus, uti Compluribus ita Manifestis. Notabiliores earum sunt ; Ac primæ quidem Classis : Ut Sponsæ diversarum Religionum Matrimonia non Contrahant, nisi assistente Parocho Catholicò. Ut si alterutra pars Contrahentium Orthodoxa sit, proles utriusque Sexus Patris Religionem sequantur &c. Ad alterum autem Classem pertinent Prohibitiones illæ : Ne in festis foni Catholicorum, ab illis opera servilia palam tractentur. Neve Apostasia, sit libera, sedu ctio vero ad eam, imo vel invitatio gravissime prohibita. &c. Sed quod utraque : positivarum juxta ac negativarum servitutum genera Complectatur est univer se illud interdictum : Ne quidquam ab Acatholicis attentetur, quod Ramano Catholicæ Religioni quodpiam inferat præjudicinm. Quæ omnia cum non modo in favorem, Verum etiam ex solius Religionis

Ortho.

Ortnodoxæ principiis, ad eoque Imperio promanaverint. Quis neget: Eadem totidem esse argumenta, Dominantis in Hungaria Religionis R. catholicæ; Possessionem, uti justissime adeptæ, ita per octo j. m. Sæculorum curricula (Adhuc enim Dux Gejza plenariam Eidem toto Regno Contulit libertatem) ininterupta serie pacifice ad nostram usque ætatem Continuantis? Non utique sicut apud Anglos & Hallandos; quorum a Romanis sacris defectioni: Rebelliones & Schismata Originem, oppressiones Catholicorum præbure incrementum. Ut proinde nequaquam liberum: (Quod Adversarii jaſtant) horum in Sacris exercitium (istud & enim admodum limitatum permittitur) sit pacis apud eas gentes causa, sed potius: quod ibidem pars pressa existat Catholicæ, quæ ad pacem, & patientiam Evangelicam est magis formata, quam Acatholico Ev. Docent hoc omnium temporum & Locorum sed præsertim Lutheri & Calvini tempora de quibus cum Veritate dixeris illud scripturæ: *Et, curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia;* dicentes: *Pax, Pax,* & non erat Pax Ier. 6. 14. Ad experientiam priorum Sæculorum appello! Odiosa sunt ista fateor, nec nisi invito extorta! sed (ut jam §. 8°. quem videlicis præmonui) Rabulam ita Miscere in Lutulenro hoc opere susdeque omnia, ut videatur impossibile ipsum debite confutare, quin ho-

mo Scarabæum sequatur: Bogár után indájyon, caute-
tamen ne & ipse inficiatur.

50.) Deinde: si partes adversæ audent nobis ob-
jicere Tomonium: AEpiscopum quondam Colocen-
sem; cur ægre ferant: sibi Regeri Boeskaium? præser-
tim cum ille non fuerit seditiosus, sed solum infelix

Nec tam suo, qnām aliorum vitio, Procerum nem-
pe æmulatione, & communi, id temporis Nobilium
luxu. Iste enim est status ille Hungariæ, de quo qui-
dam Ministrorum Ferdinandi dixisse fertur: *Nunquam
sibi visum, sed nec auditum esse: Nationem aliquam
tanto cum jubilo perivisse, ac Hungaricam!* accessit
luxui vilipensio Regis, ac tandem intempestiva glo-
riæ invidia, qua conflictum accelerandum urgebant:
ne participes Victoriae nanciserentur suppetias;
quas jam undique appropinquantes intellexerant.

Quamqñam istud prodi: Regis & Regni crimen
Joanni de Zpolya potissimum tribuant: Brutus in
Hist. M. S. Herbesteinus in Commentariorum Mo-
scoviticarum pag. 148. Ferdinandus Rex in Diploma-
te Anni 1527. Hungariæ ordines in Comitiis anno
mox laudato celebratis, & alii scriptores, quibus gra-
ve credibilitatis argumentum. Superaddit David Rosnai
in suo M. S. monumentorum volumine, quod qua-

Actuarius Agentis apud portam Othomanicam Transylvanicu, Constantinopoli diutius degens ex variis tabulariis conflavit, quodque nunc in Bibliotheca Patriarchiana Colocæ asservatur.

In eo enim Parte 2^a monum. primo. No , VIII. §.
 „ 20. leguntur sequentia: Mikor a boldogult néhai,
 „ Szulimán vitéz, Csfászár, a Mohácsi harczra mene,
 „ negyven ezer magyar erdélybül azért nem egyezet
 „ meg a Budai királyal Lajos királyal. a Török tábor
 „ azért nem ütötte meg hátról; hogy jó akarója, és
 „ barátta vala, az akkori hatalmas Csfászárnak.
 „ Melly jó akaratnak præstálásaért azon hatalmas Csfá-
 „ szaris a Budai Királyságot, néki conferálván, és
 „ sok Török hadot adjungálvan János Király mellé
 „ apprehendáltatta Budát. Hæc ex scriptore memorato.

Nec ulla probabilis ratio subesse videtur, quæ veritatem monumenti illius, in quo ista Continentu dubiam reddere possit. Neque enim aliud est, quam ipse Libellus supplex, quem Gabriel Betlehem, & Fidericus Palatinus, septemque Nationes Germanicæ porrexerunt Turcarum Imperatori, per suos legatos patrocinium, & subsidium ab eodem adversus Ferdinandum 2^{dum} postulantes. In quo sane libello, admodum periculosum fuisset, rem ejusmodi pro argumento petitionis allegasse, cuius falsitas facile detegi poterat ab iis apud quos nondum ante lapsum saeculum acta fuisset. Et reapse libellus

bellus praeditus, lectus ac ponderatus est in plenario
Divan seu consistorio Ministrorum Turcicorum, quin
narratio allata pro minus vera fuisset habita.

Non tam in Tomorium itaque, quam in Zápoly-
am conferenda est cauſa cladi Mohácsianæ. Quem
nompe: & ſua ambitione, qua Coronam affectabat, &
Verböcii ad Palatinatum ſub illo obtinendum aspiran-
tis fulflaminatio ad ruinam hanc permittendam in-
ſtigabant.

51. Cæterum Tomo:ii etiam infelicitatem alter Prae-
latorum poſtea compensavit pari felicitate: Cardinalis
nimirum: Leopoldus Kollonitzius, & Ipſe olim Archi-
Episcopus Colocensis, ac ſubinde Regni Primas. Hic
Vir etenim eſt ille, qui, ipſo Imperatore Leopoldo,
litteris Romam miſſis testimonium petribenre, Vin-
dobonæ ab obſidione Turcarum liberatæ magna pars
exſiuerit.

Puto autem: ex illa barbarorum depulfione non
minus honorum; quam ex Mochesiana clade: Malo-
rum redundasse in Hungariam? producat nunc pars
adversa: vel unicum fortis ſuę ducem, qui illata per
deceſſores Regno vulnera, ita Conſanaviffet, veſtors
illum quoq[ue] Sacerdotem Rom. Catholicum (Phraſi
utōr Adverſarii) noxiūm fuiffe dicet Reip. Qua-
quidem ſumma foret impudentia, & ingratitudo.

Nihil horum inquies; neque enim hic agitur de potestate Regis Hungariæ circa temporalia sed circa Sacra. Bene habet: Quis autem eam, & ante omnes in Hungaria, quisve fundatius, & efficacius propugnavit unquam, atque Cardinalis Pazmanus? Et quidem adversus ipsam adeo curiam Romanam, quantum videlicet; ad Jura Regis Apostolici tuenda ne cessarium esse arbitrabatur. Sed ut recto tramite progrediamur, edicat nobis Rabula:

In quibusnam Constituit Potestatem Regis Hungariæ circa Sacra, hoc primum? deinde vero: Quænam sunt Sacerdotum contra eam molimina? hac alterum: Remittet ille me ad pag. 18. & seqq. ubi asserto 60 ad Utrumque responsum esse existimat.

Complures paginas occupat illud, quas omnes, quia per extensum transcribere mihi molestum, lectori foret tædiosum, compendio utar, ea nihilominus fidelitate, qua speculum ut ut parvum (si tamen nitidum sit) res sibi objectas vivaciter representat, esto ex in se sint informes, quale est hoc accusationis argumentum. Sic enim habet. *Potestas Regis circa Sacra consistit in eo, ut leges circa Religionis exercitium, & omnia externa Sacra possit Rex Constituere, mutare, tollere: Si ergo (pergit porro.) Sacerdotium hanc potestatem sibi appropiauerit, actum erit de Con-*

stituti-

stitutione Hungarica, fiet enim: ut exclusivam legis latioris potestatem circa Sacra sibi proeuret, ut eandem habendo sortem, infallibili manu librare perget. nihilque possit ille, nisi ut Sacerdotio, servire debeat. Ita quidem Rabula, sed pro more suo.

Tam generice, vage, & indigeste universa ut contra illam adeo legem commiserit; quam Horatius in Arte primam præstítuit scriptoribus, metris sequentibus.

*Humano Capiti cervicem pictor equinam
Iungere si velit, ex varias inducere plumas,
Undique Collatis membris, ut turpier atrum
Desnat in piscem, mulier formosa superne,
Spectatum admissi, risum teneatis Amici!*

(2.) Et quis quæso est, qui risum teneat, videns hic Potestati in Sacra, Regibus Orthodoxis: veluti humano Capiti concessæ jungi, instar Cervicis equinæ potestatem; Non solum, quam heterodoxi suis deferre solent Principibus; verum etiam cuius potiebantur Imperatores olim Ethnici: *In omnia nempe omnino Sacra externa- Inducique insuper eidem Varia membra & plumas: Legislativæ nimirum: Potestatis, & Libertatis manuum seu Sacrae Jurisdictionis Sacerdotio subducta, Ut tandem desnat in piscem mulier formosa superne,*

Legetur nimis (Si tamen legit) præclarus scripsit: **Jurista noster?** Lege prima §. 2 ff. de Just. & Jur. ab Ulpiano: **Jus publicum constituit, in Sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus.** Sed non adveretur **Eum Loqui pro ratione temporum suorum, & statu R. p. Etnicæ,** quibus Reges & Imperatores erant simul **Pontifices Maximi,** qui preinde directionem Sacrorum, & Sacerdotum sibi dedicabant. At in Rep. saltem **Catholica,** directio haec, est penes Pontifices Ecclesiæ Cap. 10, Const. & Cap. 4, de Judic. Id quod Constantinus, & alii Imperatores, ac Principes Christiani agnoverunt: **Neque in Sacra se se intromitterunt negotia, nisi in quantum: Advocatorum, Defensorum, & summonorum, Ecclesiæ Patronorum, manus ac ratio exigebat.** Numquam autem istud nisi competere existimabant: **In omnia Sacra, ut ut exter- na, prout Rabula apiolatur, vel potius adulatur.**

Nec puto existare ullum, Regum; esto fors heterodoxum. Attamen subditos habentem etiam Catholicos, qui risum, quin & indignationem teneret, si haec ex alloquio Rabulae intelligens; ulterius eundem perconaretur: **An ne ergo putas tu: etiam Sacramentorum, tum conficiendorum, tum suscipien- dorum ritus omnes externos, vel inter Catholicos subditos meos mutare? atque etiam exempli causa, in ipsa illorum adeo Missa præter oblationem Consecrationem, &**

sum-

sumptionem alias cærimonias alterare? Azymi ad hæc
& fermentati materiam pro illis determinare, popu-
loque insuper meo Calicis usum promiscue concede-
re vel denegare? sed & censuras vestras ferre aut
auferre. Omnem denique Ecclesiæ disciplinam ex-
teriorum, ad meum nutum formare: ac (ut tu dicas),
Constituere posse? Si hæc inquam: aliquis Principum
vel heterodoxorum ex Rabula percontaretur, hic
que eidem ex placitis suæ doctrinæ responderet:
*Ista omnino fieri posse: eo quod omnia recensita, essent Sa-
cra mere ex reruna, adeoque Principum potestati dire-
ctivæ ac legislativæ subjecta.* Is Profecto hominem.
Jam non risu, aut indignatione, sed potius com-
miseratione dignum esse judicaret; atque ad domum
eorum deduci juberet, qui Helleboro, aut Anticy-
ra curantur.

53.) Cum quo proinde, utpote: Si non deliro,
Idiota certe & hac in materia peregrino neque ego
ulterius tricabor, de qua alioquin ex se etiam odiosa,
rerum quoque peritiores prudentius tacuissent.
Atqne utinam nunquam & nusquam, sive in Scho-
lis, seu inter scriptores, excitata fuisset quæstio: *De
limitibus Sacrae Civilisque potestatis!* Cujus nempe: de-
cisio neutquam pendeat a privatorum opinionibus,
possitque semper, ab utriusque Reip. Capitibus, e-
mersuris quibusvis casibus pro re nata definiri, ac
in

in particulari accommode ad circumstantias determinari.

Quin opus sit generalibus scriptorum tractatibus, & abstractivis altercationibus, quibus videlicet ad hæc usque tempora teste experientia, nihil effecerunt; nisi quod discordias seminaverint, & aluerint inter Sacerdotium, & Imperium, cum ingenti Religionis in medio positæ detimento. Ut merito Petri etiam de Marca hujus instituti libris, loco Tituli, *De concordia Sacerdotii, & Imperii.* Quare providentissimum adhuc erat conplurium Academiarum statutum, prohibens. ne vel mentio in Scholis fieret periculosa hujus materie. Quam etiam Szelepcsenius Primas olim noster, accessit Cleri Hungarici congregatione in famosis illis Cleri Gallicani 4. propositionibus reprobavit, optandumque omnino foret: Ut Clerus Hungaricus Primate ac Majorum suorum hoc in genere definitionibus insisteret, illo etiam ex motivo: quod revera quantum ad Potestatem Regiam circa Sacra attinet, universæ hæc disputationes nobis prorsus inutiles existant, minimeque Cohæreant cum systemate Regni nostri.

54.) Nos enim Hungari vi ipsius Constitutionis, quæ res nostræ Ecclesiasticæ juxta ac Civiles continentur, de potestate Regum nostrorum citæ Sacra vel dubitate prohibemur, si non aliunde: Auctotoritate Bullæ

Bullæ etiam sylvestrinæ, qua S. Proto-Regi nostro Stephano, ejusque successoribus: vices Summi Pontificis in ordinandis Ecclesiis concessas esse indubium est. Ut merito explodendi sint, qui eam S. Sylvestro abjudicare nituntur, prout etiam jam explosi sunt a pluribus nostris scriptoribus, idque tanta Copia, & vi argumentorum, ut iis quidpiam superaddere, esset: ligna (quod Horatius Lib. 1. Sat. 10. ati.) *in sylvam ferre*. Non igitur nisi ex superabundanti adjicio: Magnam, Si non maximam eorum dementiam esse, qui Bullam sylvestrinam, eo potissimum sine volunt esse apocrypham, ut qualicunque fulcimento firment caducam illam opinionem, qua Lectori persuadere conantur. S. Stephanum, & Hungaros, fidem Christianam, non a latinis sed Græcis accepisse, adeoque Romanum Pontificem in sui conversione ab iisdem non fuisse agnatum pro Universali Ecclesiæ Capite.

Cum tamen irrefragabili Historiarum fide constet, id temporis Græcos, juxta ac Latinos perstisset in Papæ obedientia, Unione ultra & citra conversionem Hungarorum dimidio circiter saeculo perdurante, a Photiano nimirum: Schismate Sopito, usque ad ætatem Michaelis Cærularii, Sed ut ut sit de hoc, illud sane extra controversiam est: A nemine successorum, Sylvestri Papæ, Bullam in dubium revocatam. Imo, recentius a Clemente XIII. in confirmatione Tituli

Regis Apostolici stabilitam, usu denique perpetuo roboratam esse.

Quatenus vide licet : in compluribus Regni nostri comitiis legamus ; Articulos circa Sacra conditos; ut adeo congrue Diætas nostras nomine : Regio Ecclesiasticarum synodorum insigniveris, quæ nempe : Quod „ Petrus de Marca. L. 6. de contordia &c. cap. 24- „ N. 5. apud Bened. XIV. I. 1. Syn. D. C. 1. N. 2. „ de similibus synodis refert (non ex Episcopis solis „ constarent, verum etiam ex Optimatibus, & Co- „ mitibus Regni &c. Ut omnium suffragiis leges con- „ derentur, ad utramque politiam : Ecclesiasticam, & „ Civilem disponendam, “ Unde consequens est : Regis nostri Potestatem circa Sacra iisdem Principiis fere regulari , quibus Potestas ejusdem legislativæ ci- vilis : tum ratione habita legum diætaliter conden- darum, tum etiam quoad mandata extra comitialia, Disciplinam Ecclesiasticam respicientia. Priora nem- pe: illa robur suum non obtinere sine consensu Re- gni , hæc vero vitam Imperantis haud excedere , nisi a successore renoventur.

55.) Neque pugnare cum Potestate hac Regia, si contra statuta hujusmodi extra comitialia, Repræsen- tationes suas forment Ecclesiastici , dum nempe: vi- dentur eadem Sacris canonibus , aut jam conditis in

codem

eodem genere Patriis legibus adversari. Sicut Dicasteria ac Comitatus Regni non possunt rei argui diminutæ Potestatis Regiae civilis, si contra Intimata, ait Resolutiones Regias recurrent ad suam Majestatem Sacratissimam.

Dum illa judicant constitutionibus Patriis contraria, Regnoque præjudicosa. V. sup. §. 24. & 25. si quidem, *Ipsa etiam sua Majestas SSma jam ostendit, se illegalem, & arbitrariam Dominationem In Hungaros non querere.* (Sunt verba ipsius Rabulæ pag. 27.) Quæ ego translumiſi, non quasi illius opus haberem auctoritatē, sed ut rationem redderem dicti mei, quo in Principio statim monui lectorem: *nec quidem verum dicenti esse credendum*, quod id ipsum failendi causa ageret. Subſtituo itaque illius ſententia, modestiorem, & nihilominus graviorem, illam nempe Juris consulti: *Digna vox eſt Majestate Regnantis: legibus alligatum ſe, Principem proſteri, revera majus Imperio eſt submittere legibus Principatum.* L. 4. C. de LL.

56,) Rex ergo noster, duas potissimum habet Regulas, quali totidem limites ſuę circa Sacra potestatis. Quarum primam pouit Ille, quo nemo Regum nostrorum; melius novit sphæram ſuę hujus aetitatis. Ipſe nimirum Proto Rex noster: Dum DD. L. 2. C. 2. ita præcepit: *Ut Res Ecclesiasticae provideant-*

deantur, regantur, & gubernentur, atque dispensentur, secundum canonum Authoritatem. Regula autem altera Po- testatis ejusdem illis continetur legibus, quas Reges, & Regnum in praecedentibus comitiis circa Sacra præstiterunt, quarumque memoriam suscitat a. 3. 1715. sed in orbitam revertamur. Ad hoc itaque, ut Adversarius evinceret: Prælatos, Conventumque illum Catholicum, laſe Potestatis Regiæ circa Sacra exti- tisse Reos, oportuisset: primo quidem casus omnes singillatim specificare, tum vero eosdem reapse con- tigisse convincenter probare, ac demum: Autores eorundem evidentibus prodere indiciis. Quod cum haud præstiterit- non æquum Accusatorem, sed ini- quissimum calumniatorem se esse ostendit.

57.) Duæ autem illæ, qnæ pag. 20. & 21. apud illum proponuntur quæstiones, nimirum primo: Num Princeps se aliarum per nationem receptarum Religionem caput dicere queat? Item: Num illi fides servanda sit, qui Roman non audit? sunt huc invita omnino Mi- nerva intrusæ, & prorsus impertinentes. Vel enim pro- ut hic inducuntur, respiciunt temporalia? & tunc saltatur extra Rhombum; vel spiritualia? & tunc transi- tur ad dogma: Quæ tamen ipse Adversarius, jam in principio paginæ citatæ subduxit Potestati Regiæ. Ar- gumentum itaque supra allatum non majoris robo- ris, est quam si quis in re simili diceret: Invadere Per-

sonam

sonam Principis, est crimen læse Majestatis, ergo si Petrus id patravit meretur pænam legalem. An vere reapse sit ab illo patratum, nullo probare valeret indicio. Petrus profecto proptera nec vitam, nec bona amitteret, sed nec accusator Talione esse afficiendus, verum potius Cataplasmate curandus, non secus ac ille Ennii saucius qui suum.

Saxo subito cere (comminuit) brum.

Nihilominus quis non stupescat super infandis Declaratoris, dixero: Declamatoris hujus calumniis, qui ut ut nec unco quidem exemplo potuerit ostendere: aliquem Prælatorum Hungariæ, qui Potestati Regiae circa Sacra insidiatus, aut adversatus fuisset, ejusmodi tamen maledictis Sacerdotium lacerasset, ut si illa effutivisset, in sortem hominum esto infimam, vel ipsa tamen æquitatis naturalis ratio exigebat: ne res silentio, & impune præteatur. Canone quidem 7. & lege 10. de Epp. & Cleric. Judicibus sacerdribus, præcipitur? Ne injurias Episcopo illatas patiantur esse impunitas, Neque exspectent: ut Episcopus ultionem depositat injuriarum. Divus autem Proto Rex noster super illa Christi Domini verba, Nolite tangere Christos meos. Ita commentatur, ille autem tangit Christos Domini, qui eos vel reprehendit, nedum ut falsis criminibus faderet. DD. L. 1. C. 3. Colligam

ea majori parte in unum Elenchum, quo magis apparet Rei indignitas.

§ 8.) Primo itaque, posteaquam Rabula instar preambuli premississet, pag. 6. & repetisset pag. 18. Per Sacram illum Conventum Catholicorum, Principis potestatem circa Sacra periclitari, transtulit suam billem ad universum Sacerdotium, egesseque sequentia: primo: Nunquam pejus testamentum, bonum Regem, & sanam legem habere posse, quam in manibus Ramano vinculo vinculatis, pag. 8. & 21. secundo (Romam habendam pro fallaci, & barbaro imperio pag. 32. Tertio) Ostensumque jam fuisse facto ipso, Sacerdotum nostrorum: Regem, non Judicem Religionarii exercitii, sed tantum voluntatis Sacerdotalis executorum esse debere pag. 40. Quæ quidem dictoria licet admodum atrocia, seditiona, Schismaticaque sunt, non est tamen cur ego censurem eadem, cum, jam olim in Laurentio Valla fuerint Censurata: Is enim ob ejusmodi propositiones, Neapoli: captus, incarcerated, Virgis denique cæsus: est, scriptis ejusdem rogo adjudicatis: His nihilominus longe deteriora sunt, quibus Rabula pergit ulterius quoque impetere Sacrum ordinem.

§ 9.) Ob passiones videlicet (ut ille ait) Sacerdotibus ipsis proprias, & quasi innatas; Quales. V. G. sunt: Passio dogmatizandi, possio interpretandi; Passio Hiarchie,

*trehiae, passio imperiosæ indoctrinationis, passio potesta-
tis clavium, passio independentiæ, passio exemptionum,
passio externæ protectionis, quæ omnia civem destruunt,
ut faciant Sacerdotem.* Hæc, & his plura pag. 224
& seqq. Vesanus hic Rabula, eaque tanto impetu,
ac intemperie ut nescias: homo ne sit, an aliud ali-
quod animal? ut proinde recte ei applicueris illos
Horatii de Arte versus.

*Nec satis apparet: cur istud factum est: utrum
Minxerit in Patrio cineres, an triste bidental
Moverit incestus, certe furit, ac velut ursus
Objectos Caveæ valuit si frangere Clathros. &c.*

*Si quidem ipsas adeo spirituales Sacerdotum dotes,
ac prærogativas convellere, & in vitiis passionum
monstra transformare nititur, pravis eorum insistens
vestigiis, quos jam olim Poeta redarguit:*

*At nos virtutes ipsas invertimus, atque
Sincerum cupimus vas incruſare: Hor sat 3. L. 1.*

*Sed quid hoc homine facias? nisi ut Talione luat, ac
quod texuit retexat, palam denique deprecando præ-
dicet: Sacerdotibus videlicet Romano Catholicis &
Christo Domino, & Ecclesia, speciales ac proprias quas-
dam esse collatas prærogativas, Quales sunt: Potestas*

do

dogmatisandi id est: docendi, potestas interpretandi scripturas, potestas dispensandi Sacra menta, ac signanter Potestas Clavium, Potestas exemptionum Personarum a foro seculari, potestas immunitatum a foris dis aliisque, cum statu Clericali incomponibilibus muniis, Potestas Protectionis obtainendæ a brachio seculari contra persecutores &c. Quæ omnia tantum abest, ut civem destruant; ut etiam perficiant, exalentque dum faciunt Sacerdotem.

60.) Et nisi ista pro veris, certisque habeantur; jam non ordinarios modo Presbyteros, verum etiam omnes Episcopos, Sanctos Patres, ipsosque adeo Apostolos; noxios Reip- cives extitisse est necesse, ut qui iisdem prædicti fuissent, facultatibus quas Rabula iste, pro noxiis habet passionibus. Sed ita fere fit: ut qui maxime passionati sunt, in aliis, omnia pro passionibus suspiciant, ad eum plane modum, quo Ictericis universa flava apparent. Quod autem Rabula hic, innumeris, nec solum qualibus vulgo homines laborant, sed exoticis iisque indomitis prorsus agitetur intemperiis, domi forisque adeo notum est, ut supervacaneum foret eas recensere. Hic satis sit dixisse: cundem deteriorem esse filio prodigo, Quamuis enim in hoc sit eidem gemellus, quod nulla non, qua ille, se contaminaverit turpitudine, in eo tamen evasit malitia longe superior: quod Iste teste Evangelio fuerit filius Patris Familias Junior; hic contra jam Pater.

Pater-Familias deliraverit. Ut proinde ~~etas~~, quā filium prodigum excusare poterat hunc inexcusabili-
ter condemnet. Dignum denique reddat, sententia,
quam S. Hyeronimus olim tulit in similem Rabulam :
Grunnionem, & Epicuri de grege Porcum eum no-
minando.

61.) Et tamen horrendum hoc tot, tamque
brutalium Passionum mancipium, quod summi
joco beneficii sibi ducere deberet: si vel infimum ho-
minum genus ipsum, veluti per supererogatoriam
dumtaxat gratiam receptum, aliqua dignaretur hu-
manitate, audet vocem attollere, & Sacrilega sua
singua, dicatas DEO personas inauditis lacesse
contumeliis, ac nominatim pag. 40, absque proba,
adeoque irrationabiliter ita calumniari: *Prædictum*
Sacerdotii corpus, viribus animosum, honoribus impe-
riosum, provenib[us] exorbitantibus præpotens, quod
non Patriæ, sed Dominationis humanæ, servilis fidei, &
obsequii cum Regno nostro incompatibilis obligationis ju-
ramento obstrictum est, denique omnia, qua[bus] hominem
tangunt, sive affandi sive emovendi potestate præditam
formidabile est.

62.) Itane vero? ergone Hungariz quoque Præ-
lati (ne quid de aliis dicam) Regno nostro adhuc
fuerunt, suntque etiamnum formidabiles? Illi nempe

Prælati, qui tot, tamque illustres magnatum funda-
runt Familias? tot plebeis nobilitatem procurarunt?
tot nobilibus media opum, dignitatum, & honorum
obtinendorum suppeditarunt. Quove continua ac in-
defectibilis foret idoneorum in Regno sujectorum suc-
cessio, tot seminaria, & Convictus exerunt, deque
suo dotarunt, tot oppida, ac Civitates impopulaverunt,
quæ, si Episcopi, & Capitula non incoluissent, ho-
dieque squallerent: Varadinum certo, ante Annos
70. pago erat similius, quam Oppido: Ut Carolus
12. Rex Sueciæ a clade pultavensi reversus, illudq. præ-
tervectus, miraretur: Quod Magni prænomine insig-
niatur! Episcopi & Capitulum effecere: Ut jam nu-
men & omen habeat. Quantum denique iidem æris,
aliorumve subsidiorum fugandis, coereendisque hosti-
bus barbaris contulerunt.

Quæ quidem qualia, quantave sint Reip. commoda,
& ornamenta, tum vel maxime pateret, si repente
tollerentur. Define igitur tandem columniari Rabula
impiæ: Si non horrore ingratitudinis tot tantisque Pa-
trizæ Patribus injuriosæ; at saltem: Sacrilegii, quod
vi Regulæ, etiam in Corpore Juris nostri ad calcem
Nº 7º positæ, Episcoporum persecutoribus imputa-
tur. Sed quid ego Sacrilegii intentione territo-
eum, qui Sacerdotium averfatur, cum in ipso Sacer-
dotii odio, sacrilegii jam insit enormitas. Facilius pe-

ne trahunt Crassam illius pellem arma illa Ciceronis : Jamme vides bellua, jam ne sentis : *Quanta sit frontis suæ inverecundia?* Quanta oris licentia, qua Sacerdotes Romano-Catholicos, universæ noxios, quin & formidabiles esse Reip. proclamas ? Ast Æthiopem lavo.

Neque enim proclamat solum istud Rabula, verum etiam, quo dicta sua, credibilis reddantur compunctionem pag. 22. instituit interstatum Seculerem ; & Sacerdotium : Quænam videlicet pars plus laboret pro Republica ? Verum quia hæc compartio, non odio solum verum etiam interessata est, ego ad D. Protoregem nostrum provoco : Ille est primus Legislator noster, Conveniens est ; ut in illum compromittamus ; En autem illius sententiam DD. L. 2. C. 4. prolatam Scitote fratres cuncti, quod supra omnes laborent Sacerdotes.

§. 1. Unus quisque enim vestrum, suum fert laborem proprium ; illi vero & suum, & singulorum.

§. 2. Ideo sicut illi pro omnibus vobis, ita & vos omnes pro eis sumptuöper laborare debetis, in tantum ; ut si necessitas fuerit, animas vestras pro eis ponatis. Quæ cum sit Authoritas summa, summam etiam oportet Rabulæ esse Falsitatem.

Prætereo cætera, quæ ibidem, & alibi conglomerat

Porphyrius iste maledicta, quoniam ex istis liquido patescit: eundem sub specioso Reipublicæ, Regisque defendendi prætextu, non alio collineasse, quam ad deprimendum Romano - Catholicum Sacerdotium. Quam, quam in hoc quoque vulpinetur: neque enim Regis, Regnique id, sed Acatolicorum suorum agit causa, probe gnarus; nihil posse evenire pro hæresibus in Hungaria propagandis, firmandisque efficacius; quam si Prælati e numero statuum expung erentur eo quod quamdiu illi stationem suam retinuerint, impossibile sit ut hi ultra Tolerantiam eluctentur. Hinc illæ quoque machinationes, quibus statum Ecclesiasticum, aliis etiam munis privari volunt iidem.

Ut ut & istud longe alio spectet, quam Videri velint; spe enim conferendorum subinde Dominis Sæcularibus muniorum Politicorum, quæ adhuc Prælati gerebant, hæc se agere prætendunt, re autem vera: ut Authoritatem Ecclesiasticorum elevent, Fideique veræ defensores, in Regni Dicasteriis, & Comitatis, diminuant, quo sic ipsi latius Liberiusque grassetur. Nam quod eosdem Prælatos e numero quatuor etiam Regni statuum intendant esse expunctos: Cætera inter mala, fabam in suum quoque Caput imprudentes eudunt, si enim status Omnium primus queat aboleri, cur non & tres reliqui? Quo fieret, ut dum umbram ossis Unius captant, tria recipiant,

tant, ipso cane æsopico, futuri triplo infeliores.

63.) Quod vero Ecclesiasticos eosdem *Proventibus* quasi exorbitantibus præpotentes (ut audivimus) Rabula præululante allatrent, jam non modo æsopicum agunt canem, verum obvium quemvis, in quem Vulgaris illa cadere possit paræmia:

Dum canis os rodit, Fratrem quem diligit, odit.

Beneficiatorum siquidem bona, per caninam amordentes invidiam, quo alio Collineant; nisi ut proximum, tametsi fors sibi sanguine junctum deprædari desiderent, ac frustum aliquod Possessionum ejusdem, quaqua demum ratione pro se avellant. Immemores illius, quod sicubi in hac certo sparta locum obtineat, nescio cuius Poetæ: *Male parta, Male dilabuntur* Veterisque etiam Hungarorum: *Nagy kontz esik ki a szájából.* Eo quod Possessiones Deo dicatae, multis, adeo que fortioribus vinculis sint adstrictæ Ecclesiis, ut solvi nequeant nisi manu Pontificia, demptis ijs quas jura: Terrulas nominant. Nec est, quod quis spem notabilioris offæ alicujus obtinendæ sibi hic faciat; ex vanis imperitorum quorumdum Sermonibus; Divam nempe: Mariam Theresiam facto jam suo ostendisse, Potestatis Regum Hungariae esse: Archi & Episcopatus in alias plures dividendi: Præterquam quod enim exemplum istud, huc sit inapplicable; ubi nimirum: Adversarii circa Sæcularisationem bo-

norum Ecclesiasticorum toti occupantur; merum prætirea somnium est hominum, peculiis Clericorum inhiantium: Partitronem siquidem illam, qua de sermo est Theresianam, cum annutu Papæ factam fuisse, Si nihil aliud, confirmatio certe Romana, pro Episcopis Novarum illarum Diæcesum requisita, & Impertrata satis (ut opinor) docet. Recentius vero quod de promoto argumetum, idem ipsum quam lucidissime probat. Quæro enim: Quid rei sit: Quod modo memorata Diæcesum partitio, effectum stabilem sit sortita; avulsio contra illa Episcopatus Segniensis, quæ per Josephum Imperatorem non ita pri-dem attentata, atque aliquot jam annis usurpata fuerat; in irritum abiverit? nisi quia prius illud negotium Authore (utdici amat) Prætore summo nem-pe Pontifice, istud ab opposito, Eodem inconsulto fuerit peractum? Nec multo antiquior est casus, cu-jus meminit Cl. Schmitthius in Vita Primatis Nicolai Caki; Cambiatum videlicet, volebat Camera Regia Sancto-crucense Dominium cum aliis Fiscali-bus bonis, finem tamen assequi non aliunde nequivit, nisi defectu solennitatum Ecclesiasticarum ad hujusmodi Mutationes Titulo: *de Rebus Ecclesiis non ab alienandis, a jure requisitarum.* Frustra igitur agunt, quicunque umbratilibus hujusmodi offis pascuntur, quibus nec se satibunt unquam, nec publico proderunt, imo utrique Reipub, seu non modo Sacra-

sed & profanæ nocerent plurimum, si voti damna rentur.

64.) Ut proinde si vel e numero bonorum Patriæ Civicum essent, Conversis studiis, augeri potius quam dimunui proventus Ecclesiasticorum optare deberent, idque ipsius adeo primi Fundatoris Sancti Stephani Regis nostri exemplo, sanctum suum Filium ita hortantis: Fili mi, ferventi studio debes invigilare: in Sancta Ecclesia de die in diem, ut potius Capiat augmentum, quam derimentum patiatur. Inde enim Reges Augusti dicebantur, quia augebant Ecclesiam. &c. DD. L. 1. C. 2. §. 4.

Prævidebat nimirum Sanctissimus Monarcha: Hungariam eo Feliciorem futuram etiam in temporalibus, quo opibus valentes habuerit Ecclesiasticos: Naturali etiam id ipsum ratione dictante, cum enim Uxore ac liberis carerent, consequens erat: Ut quæ Ipsorum usibus superessent in Culturam utriusque Reip. impendantur. Quod ipsum eventu quoque affatim comprobatum esse, & nos brevibus nuper, ostendimus, & alii longioribus Elenchis Benefactorum Ecclesiasticorum orbi repræsentarunt, & viva insuper ac vi gente etiamum imagine exhibit Ditio Pontifica. Quæ enim quæ orbe universo Provincia datur: Sive scientiis, artefactisque cultior, sive populo nume-

rosior

rosior, atque Romana? Ut adeo in communem quæsi abierit herulorum regna visitantium Regulam: Romanam ultimo loco esse adeundam, secus futurum: ut quid quid illa penitus inspecta ullibi locorum visu dignum se se obtulerit, nihil magopere rari, novique appareat, Rerum denique Romanarum Comparatione vilescent pleraque. Unde autem tantus Regionis illius splendor, ac felicitas nisi partem maximam a Sacerdotiorum, animos ac Corpora humana excolentium opulentia?

65.) Dices tu quidem: Hungariam nostram ante omne Sacerdotium Romano-Catholicum felicissimam extitisse? At ego eandem minus felicem fuisse fidenter pronuncio: Nullum enim Regnum esto viribus, & opibus potentissimum, ex vero felix dici ac beatum poterit, nisi simul sit firmum, Constat ac lac durable. Cometæ certo, ut ut ingentia videantur esse Corpora, nequaquam tamen pro mundo coævis, sed pro fortuito coalitis ac mox dissipandis exhalationibus habebantur; donec motus, certis ac stabili, bus adscriptos legibus habere observati fuissent a peritionibus Astronomis.

Sic igitur, cum Divus quoque Stephanus pro sagacitate ingenii sui, Magis vera cælesti illustratus lumine, velut e specula prospexisset: Regnum suum

in Ethnicismo haud fore perpetuum ; Tum ob insitum Videlicet : Christianis , quibus undique Cingebatur Paganismi odium ; tum etiam ob remotiorum gentium assiduas depopulationes a se se quam longissime removere molientium conatus : Studuit illud in Fide quam ipsem suis in Decretis Catholicam nominat , tamquam Lapide angulari fundare . Quo nimurum : & odia confinium Christianorum in Charitatem mutuam , & dissitarum Nationum metum ac solicitudines , in securitatem & pacem communem converteret .

Haud ignarus , sine dubio fatorum , quibus Majores sui his in Regionibus ja~~g~~abantur : Ut nec Dux Balemberus cum suis plusquam decies centenis millibus Scytharum , neque Rex Atila , infinito prope armatorum Comitatu semper stipatus efficere una cum posteris suis potuerint , quo vel Sæculare utriqne simul Imperium in Panonia continuarent . Qui si Christiani fuissent : illud (non temere dixeris) ad Geizzæ usque tempora erant prorogaturi : prout ad Octavum usque inde Sæculum jam produxit idem , Christiana Natio Hungarica . Quæ tamen ipsa , ante suscepitam Religionem Orthodoxam adeoque ante Sacerdotia Catholica , pro barbara habebatur . Ut adeo Epocham felicitatis Reip . & morum in gente nostra cultiorum eandem , quæ Piarum Fundationum fuerint exstiterint .

existisse, nisi rerum domesticarum ignari velimus videri, agnoscamus est necesse.

66.) Ii vero inhumani insuper illius vitii, a quo bruta etiam animantia, naturæ quidam retrahit instinctus; ingrati dico Animi, jure rei arguuntur: qui sua eo conferunt **Confilia**, ut bonorum Ecclesiastico-rum abalienationes, ac vel diminutiones, aut preventuum sequestrationes Principibus persuadere nituntur.

Conjiciant hi quæso oculos vel in montem Panoniæ, & suspicent profecto, in eo quemdam quasi equum Trojanum, ex quo ad omnem Barbariem non infidelitatis modo, verum & ignorantiae (sanctus enim Gerardus erat primus, qui scholas in Hungaria legitur aperuisse:) propulsandam, veluti Pugiles Sacri omnem armaturam Dei (Ut cum Apostolo loquar) induiti prodiverunt.

Primi namque erant illi: (Benedictinos intelligo) gentis nostræ Apostoli; Patres certo, qui nos cælo reguerunt spirituales, in illis videlicet: Majorum nostrorum primitiis, tenellisque Christianitis plantulis, quas non solum fidei lumine illustrarunt, memrumque Christianorum doctrina imbuerunt; verum etiam indecessis laboribus: Sudoribusque suis, quin & profusione sanguinuis excoluerunt, irrigarunt, secunda-

cundarunt. Idem tamen nunc proh dolor! e Cænobiis suis expulsi, bonis spoliati sunt. Qui esto post primos illos labores, nihil bonorum in publicum contulissent (contulerunt autem plurima) adhuc tamen ob gratiam temporum corundem memoriam, Conservandi fovendique erant! Restituendi ergo quamprimum sunt, ne turpis hæc ingratitudinis macula, genti, nostræ, cui virtus gratitudinis quasi congenita habeatur diutius adhærescat. **Apud Turcas** equidem ut ut vi Alcorani, nulli privatarum Familiarum liceat, jure Hæreditario Dominia possidere: Proles tamen Mahometis, gens ab hac lege exemit, & esto is non nisi femellas reliquerit, nihilominus vel in his, gratum suum erga patrem ipsarum animum hodieque vult esse testatum: quod Ille, sectæ sue Auctor extiterit.

67.) Pluribus adhuc esset mihi pro rebus & Personis Deo dicatis perorandum, nisi vererer: ne eorum, quæ per acerbitatem pristini temporis sortem adversam subivere, Catalogum potius texisse, quam Rabulæ maledicta refutare voluisse videar. Ad reliquas igitur ejusdem criminationes; ac cumprimus §. 61. recensitas me confero censurandas. Ut quæ e diametro etiam opponuntur 1º bonis moribus, 2º Sacris literis, & 3º tranquillitati Reipublicæ. In ordine itaque ad 1. Referant, ore nobis Historici, Ge-

oga

ographi, & qui orbem terrarum peragrarunt, repe-
rerint ne, an legerint, aut ut minus audiverint exi-
stere gentem aliquam, non dico bene, sed vel non
male moratam, quæ suos Sacerdotes tam inhu-
mater, ac barbare tractet, quemadmodum Catholicus
iste (ut se fert) declarator? Christi equidem Domi-
ni effatum est: *Qui vos audit me audit, & qui vos*
spernit me spernit, qui autem me spernit, spernit eum
qui misit me. Luc. 10. 16. Hinc est quod San-
cti Patres doceant: Nec Christianos esse, nedum Ca-
tholicos, qui Christi Sacerdotes aversantur. Ut le-
gitime inferas, hominem hunc ipsis adeo barbaris
image feruin, ac inurbanum esse. Cesarem olim apel-
lavit Apostolus, sic injuste, & sine causa impeditus.
Ego autem ad Ij SS. & OO. provoco: quo apud
SSmam suam Mattem intercedere velint: pro oportunitis
videlicet: remedii, quibus gentis nostræ existimatio,
hac etiam parte vindicetur.

Nec domi modo, verum etiam apud exteris na-
tiones, quæ lectis tam infamibus, quales passim pro-
deunt libellis, intellectoque eo, quod Auctores eo-
rum apud nos impune grassentur, Patriam nostram
adhuc incultam esse judicare possent? Quod Angli-
am quoque hoc ipso tempore attentam reddidit, quantum
videlicet: ad famosos attinet libellos, Borussiam
que etiam ad ponendum iisdem modum excitavit.

Res

Res alioquin hæc etiam conscientiæ est: non solum propterea, quod statum Ecclesiasticum apud plebem in odium, & vilipendionem adducat, adeoque immunit fiduciam populi erga suos Pastores, immo, & aversionem ab illis causet, ac consequenter, grandia ponat salutis æternæ impedimenta, ad quæ removenda singuli tamen Catholicorum pro viribus obligantur, verum etiam quia ex se Scandalosa est, adversaque fronte pugnat cum Sacris litteris, nec veteris solum Testamenti ut ex præfixis huic opusculo textibus clare patet. Sed & novi; Evangelico enim Testimonio credimus. Ordinem Sacerdotalem, veluti novæ legis Sacramentum a Christo Domiuo esse institutum. Docere itaque: Sacerdotium vi sui ordinis, & Characteris non posse non esse noxium Reipublicæ, est ipsum adeo Institutorem blasphemare, tantoque graviori crimine istud, quanto certius est? ipsum hunc Institutorem, Sacerdotem esse, & quidem in æternum, secundum ordinem Melchidesech.

68.) Si dices: Non esse licitum, ut Sacerdotes tractent negotia sæcularia, res pateretur aliquas exceptiones, & explicationes, ac signanter illam: *Nisi ipsum Reipublicæ Systema iſtud requirat, Prout requiraverat: Israelitarum ex Ægypto recenter egressorum Theocratia, in qua nimirum: Moyses; & exercitus Ducem, & supremum causarum Judicem, & Politiam*

Ma,

Magistrum ageret: Quem si prætera Sacerdotem quoque fuisse negares, rudiratem profecto tuam Claronimis proderes indicio.

Ut qui ingores vel illud Psalmi 98. *Moyles & Aaron in Sacerdotibus ejus, & Samuel* (qui tamen ipse simul judex esset: *inter eos qui invocant nomen ejus.* Multo autem magis peregrinum ac hospitem te esse manifestares. in Sacris literis: Si te lateret: etiam Machabæos fuisse summos Principes, una ac Sacerdotes. Sed quid opus est ad detegendam Rabulæ hujus ignorantiam: veteris Testamentis exemplis abuti, quem hodiernus quoque, nobisque Vicinus Imperii Germanici status Intuitu trium Electorum, aliorum Principum Ecclesiasticorum, utramque Remp. feliciter gubernantium, ob suum hoc dictum it atemere prolatum, proprio suo Idiomate: *Esel s Ropf.* Esse, rotunde pronunciarent. Ut quem ipsa adeo prima ac fundamentalia Imperii Germnici Principia laterent, aut qui Gubernii ejusdem formam, qua orbis nullam habet firmiorem ac perfectiorem evertere vellet, sublatis etiam tribus primariis illius Electoribus Quotamen ipso adhuc magis asinimum est asserere: Ipsum adeo ordinis Charactrem, esse inconponibilem cum felicitate Reipublicæ, istud enim si quod aliud non solum ultra fidem; verum etiam ultra modum exorbitans, quin & delirans Hyperbole, nec tam cmetiens, quam cmentieus superjectio est.

Ne

Ne quis autem putet, hæc per auxilium dicta esse
en verba ipsius Rabulæ. Satyram suam concludentis
sequentibus sententiis: *Veneramur inquit: scientiam,
indaginem, Beneficentiam, & virtutes Batyanianas, &
Kolonicianas.* Statibus tamen & OO. Regni propone-
re qua Status debemus, summas quoque virtutes, &
talenta, si Sacerdotio Romano nexa sunt, in felici-
tem status non tam peccare, quam semper peccare de-
bere. Egi de his enormitatibus jam alias etiam ac si-
gnanter §. 9. Sed obiter tantum, nunc vivam earundem
do effigiem. Memini me legere: Prisorum tempore Ro-
manorum: accidisse ut Filius Judicio susteretur, qui
Patrem interemisset, Judicem vero delatoribus pro
comparitione terminum præfixisse: 100. dierum,
quibus lapsis dum iterum iidem adfuerint, rejeeti
fuere ad 100. hebdomadarum inrervallum, terio au-
tem comparentibus Menses, omnino centum judex
præstuituit.

Indicare volens: Parricidium, hoc grave adeo cri-
men esse, cui par poena inter leges 12. Tabula-
rum haud, reperiatur. Quamvis autem prærecensitæ
criminationes legem habeant, cujus dictamine puniri
possint, quin & debeant, in eo nihilominus sym-
bolizant cum priore facinore, quod sicut illud in
Patris carnalis vitam, ita hæc in Patrum Spiritualium
famam

famam, quæ cum Vita pari passu procedere dicitur, grassetur, Major tamen inter hæc similitudo est in eo, quod quemadmodum illud atrocitate suæ, legum vicerat severitatem, ita hæc, adeo falsa, & mendacia sint ut nullum reperiant objectum, in quo verificantur, cum nemo sit mortalium tam malus, qui nequeat in aliquibus esse bonus, adeoque publico, ea saltem parte, non sit necessario noxius, soli cæcedænones sunt, quos Sacrae literæ: homicidas a principio, & mendaces, immo Patres mendaciorum pronuntiarunt: Ut proinde Rabula ipse se his similem fecerit illis, ejusmodi mendacia effutiendo, quibus nec Dæmon majus produxerit: dum nempe: Sacerdotes Romanos, vi ipsius characteris: in felicitatem status non tam peccare, quam semper peccare debere affirmavit.

Quibus autem de causis istud? audiamus: Quia inquit ille: pag. 41. & 42. Cum Sacerdotium illud careat hæredibus propagativis, necesse est: amore quoque Patriæ idem desitui. vah stolidam illationem! Cui merito accinas illud Horatii in Arte:

Parturient montes, nascetur ridiculus Mus!

69.) Omnis ne itaque qui caret hæredibus propagativis, hoc ipso caret etiam amore Patriæ? aut plane evadit noxius Reipublicæ? Quid igitur sentiendum est: de eunuchiis, vel aliter impotentibus ad generandum

dum? Quid de sterilibus, aut quomodo cuncte improibus? omnes ne hi noxii sunt Reipublicæ? Si ita? ergo: Julius quoque Cesar, & Augustus Imperator ac subinde Martianus quoque cum sua Pulcheria Quin & S. Henricus, nostræ promotor felicitatis, pestis erant Romani Imperii? cum nemo eorum reliquerit post se hæredes propagativos. Milites e- quidem longe plures moriuntur cælibes, quam Romani Sacerdotes numerentur in universa Ecclesia. Anne illi etiam peccarunt in Patriam, pro qua vitam & sanguinem devoverunt? aut saltem Principes, qui eorundem Matrimonia prohibuerunt?

Quæ quidem prophana sunt exempla, eo tamen sine præmissa, ut oblitia mens Rabulæ sensim attollatur ad altiora capienda, cum *alioqui non omnes capiant verbum istud*: Matth. 19. 11.

En itaque: Christus Dominus Magister noster; qui ut ut approbaverit conjugium, imo, condecoraverit quoque illud, in nuptiis Canæ Galilæ; Virginitatem attamen, ac Celibatum impensis commen- davit: Nec verbis solum verum etiam exemplis, ut qui licet Matrem habuisset despontam viro; Eandem in hilominus Virginem esse voluerit, Ipse etiam cælebs; quatenus videlicet: Vitam duxerit ab omni- conjugio liberam. Neque passus sit ullum Apostolo-

rum post electionem, rei uxoriæ operam dare. Ut adeo inconcepibile videatur: reperiri Christianos, qui cum magni faciant eos, quos Salvatoris nostri man-
fuetudinem, patientiam, humilitatem, obedientiam
cæterasque virtutes morales vident pro posse æmu-
lari illos tamen, qui summi Ejusdem Sacerdotis:
Puritatem, continentiam, quantum quidem ho-
mini fragili de Cælo datur, imitari satagunr, diis
devovent. Ut ut si vel a limine Sacras salutarunt
Litteras, Castitatem perpetuam consiliis Evangelicis
accenserí nequeant ignorare.

70.) Sed esto ne verbum de eadem exstaret in Evan-
gelio, Ad suspiciendum tamen adhuc in Sacerdotio
cælibatum usque - quaque sufficeret: Eundem in Chri-
sto Dœmino, qua Homine, ita resplenduisse: ut o-
culos, quibusvis etiam carnalibus voluptatibus gravotos
debeat perstringere: Ac per se insigni decoro sit
Ecclesiæ: habere membra, in hac etiam virtute Chri-
stum Dominum Imitantia, nedum ut propterea Sa-
cerdotes nostri infamentur. Rabula tamen iste ad
æstimandum cælibatum, his adeo non movetur: Ut
potius tertia fere sui opusculi parte in eo occupetur
ut Suæ Matti SSæ persuadeat: Lege lata santiendum
esse; quemadmodum Mrtrimonium mixtorum, ita pro-
lium, in qua, Parentes volent Religione educanda
cum omnimodam libertatem, cum tamen utrumque

istud

istud illicitum, ac damnosum esse constet inter omnes qui de hac materia, penitus agunt.

Eo solo inter illa discriminē intercedeute: quod alterum hoc: de prōlibus in sequiori Religione educandis membrum (ut pote intrinsecē malū) nullis; prius vero illud, non nisi gravissimis de causis queat Cohonestari:

Quas inter certo non est illa, quam Rabula pag. 32: allegat sequentibus verbis. *Privata deinde nostrorum Catholicorum fors desiderat; ut nobis- Matri- monioria cum Reformatis, & Augustanis Familiis in- eundis, modus omnino faciliteretur, quia apud hos fortunę, & opes, nos autem ditione nostri parte ad Magnatissimum desciscente, impares illis, & vere in- opes sumus. &c.*

Hæcine ergo esse deberet illa ratio, quæ dispa-
ris Religionis cojugia, inter nobiles Hungaros co-
honestentur? Quam nempe: ipsi adeo ignobiles pro-
inhonesta, & turpiter quæstuosa habent, ut ne-
mo sit vel colonorum frontis honestę, iqui, esto
fors reipsa istud faciat, videri, tamen a scāfici eti-
am velit; nedum ut profiteatur (quod Rabula hic
effrons facit) nuptias nempe filiæ suæ Venum esse

expositas, pretio liceri, sordido denique quæstu
opibus esse procuratas, idque si non alio fine, at
saltem ad evitandum popularem illum Sarcasmum.

Szereti erszényét, de nem a személlyet.

Quem jam olim ita ingeniose expressit Horatius
Lilb. I. Epist. 6.

*Scilicet: Uxorem cum dote fidemque & amicos,
& genus & formam, Regina pecunia donat!*

Quivis profecto nobilis Achtholicus opibus valenti-
or (si modo simul vir cordatus sit) hoc argu-
mento deterrebitur potius, quam ut moveatur ad
filiam suam Mediocris fortis nobili Catholico elocan-
dam. Esto enim in conjugio tali nulla inesset pro-
hibitio, in motivo tamen appareret turpitudo:

Officium videlicet: Naturæ, a Deo institutum, a Chri-
sto Domino Consecratum, ab Apostolo honorabilis
Nomine Conubii laudatum, immo etiam Magni ti-
tulo: & quidem in Christo, & Ecclesia Sacra-
menti Condecoratum: propter pecunias & bona transito-
ria amplecti, quæ ob individuam illam Vitæ socie-
tatem, Juris jurandi Religione firmatam, si res fe-
ratur, etiam deserenda forent. Sacro - Sanctum
certe conjugale Vinculum, nunquam ob perituras

in-

ineundum esse divitias, Cuivis, præsertim vero personæ Nobili, ingenuus ipse persuadet animus,

Ex quibus Lector quoque etiam mediocreis perspicaciæ clare intelliget: Rabulam ejusmodi abutit argumentis, quæ causæ suæ aduersentur quod Tullius non nisi imprudentium Advocatorum proprium esse pronuntiavit.

71.) Rabulam tamen fato hoc sinistro, ut alias persæpe, ita in præsenti instituto, vice jam altera abreptum esse, luculenter probat illud: Quod cum pro Matrimonii mixtis mordicus depugnet; educationem nihilominus prolium Religionarium iis inter conjuges incommodis inevitabiliter laborare ostendat, quæ sola sufficere debeant, ad eadem matrimonia penitus prohibenda, Systema certe quod pag. 34. pro leninendis his malis suggerit, auget potius, quam imminuat calamitates parentum disparis Religionis, ut rem vel obiter insipienti patebit. Quod proinde in postremis comitiis quoque art. 26. §, 15. reprobatum est.

Legimus quidem in Sacris literis. 1^a nempe ad Cor. cap. 7. a Paulo indultum fuisse fidelibus cum persona infideli, seu non Baptisata inire connubia, semper tamen ea lege, ut proles utriusque sexus in conjugis fidelis Religione educarentur, istud enim significat.

nificant etiam verba : *Sanctificata est mulier infidelis, per virum fidelem, alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem Sancti sunt.* Ibid ; Quod etiam Cap, Ex literis de Conver. Infid. aperte mandatur.

Ne dicam : in ejusmodi Matrimoniis nullam tum intercessisse Communionem in Sacris , siquidem infidelis : incapax fuisset Sacramenti , quam in mixtis de quibus agimus Matrimoniis reapse intervenire laudatus etiam articulus §. 16. aperte docet. Quod tamen ipsum est, maximum hujusmodi Matrimoniorum declinandorum motivum. Sed de his jam fors, diuinis, & multum(revertendum igitur est eo, unde calamum abstraxit materie conexio.

Probandum denique quod §. 67. seqq. assumptum fuerat : Rabulam , nempe : in Municipales quoque leges graviter commississe, Ejusmodi nimirum : Criminationibus , quæ (essent & Pacis publicæ perturbativa , & discordiarum in Regno seminatrices , ac signanter : unius ex 4. statibus suppressivæ.

Quid enim per exaggerativam illam , & ordini Ecclesiastico affectam , Domi Romæque potentiam , late patientem dominationem , violentum agendi modum , insitam ad omne bonum publicum inhabilitatem ? Quid inquam : per atrocia hæc , & Sacrilega dictoria ; aliud intenditur , nisi ut Clerus Romanus veluti Reip. inutilis imo &

& noxius, instar fucorum ex alveari ejiciendorum vilipendatur, immo, & aboleatur, substiundo ne fors (Si Superis placet) in ejusdem locum: præclaros custodes ovium (ut ajunt) lupos: De quibus nihil aptius dixeris illo Horatii:

Fænum habet in cornu longe fuge! &c.

Quod Párispápai ita Verit:

Dühös, és mást Vesztö

Amitó, Hitetö.

A köz mündásba pedig Magyarul ennyit tézzen:
Meg ód magad, mert meg ökkel.

72.) Quod si quætas quonam jure istud actitem? Repetam, quæcumque jum alias etiam non semel dixi: Non par pari, Költsön helyében Költsönt advan, sed præcise tollendi publici Scandali, & necessariæ defensionis causa contra injustum aggressorem, illum nempe, qui posteaquam declamatoris hujus liberculum in Hungaricum convertisset; de suo, quasi mantisse loco, tria Rhytmorum superaddit fragmenta, re ipsa totidem maledicta, & quot Carmina tota crimina, quorum primum si quidem jam superius: §. 41. & seqq, refutatum habeatur; duobus reliquis suum cuique jungam additamentum, dignum quasi patella operculum. Hungarus itaque Cornupeta, sic boat:

Nem

*Nem volt, nincsen s nem lesz oly szörnyü gonoszság
Mellyet nem tett, térszen s tehet a Szent papság addo ego:
Luther, és Kalvinus, ebben nagy bizonyfág.*

Pergit porro idem sic mugire:

*Ezt Kerüld! fekete s hosszú aruhája
Igy szól Juvenalis s egy Zászlós Úr szája.*

Scribere debebar:

— — — — — S egy hazug Úr szája.

Versum enim istum in Juvenali frustra quæsieris sed apud Horatium, L. 1. Sat. 4. v. 85. inveniuntur sequentia: *Hic niger est, hunc tu Romane caveto Ubi tamen nulla longæ vestis fit mentio. Ita nempe: Lacinias unde unde petitas assuunt suis argumentis mali hi Veteramentarii*, ut per ea illudcant Sacerdotio nihil penit habentes, verane sint, an falsa, quæ contra Clerum effutiunt, modo famam ejus, & estimationem apud omne hominum genus imminuant (& si fieri queat) bonis, honoribus, ac ante omnia primi status prærogativa privent. Quodque caput rei est: ut apud saum Mattem SS nam in gravissimam eosdem adducant suspicionem, quasi *Regiae ejus Portestatis circa Sacra hostes!* Et hoc non sit, peccasse in pacem communem? non sit seminasse discordias? Non sit perturbasse Regnum ac signanter contra unum eisdem statum publicum se se erexisse? Quando vel Able

Ablegatos Diætæ contumeliis , lædere nostris legibus cautum habetur.

73.) Quæ dum auferendi communis offendiculi , justæque defensionis , ut jam sæpius protestatus sum : Causa , volo esse prolata : te una Rebula mordacissime moneo , & serio adhortor : primum quidem , ut sis memor conditionis tuæ , imiterisque potius Publicanum pænitentem , quam Zoilum maledicentem-tum autem ; ut si verus id est : Stephaneus Hungarus , non autem Helveticus , aut Augustanus es , discas tandem :

Quo loco sit habendus status Ecclesiasticus in Regno Hungariæ , & quidem ex ipso Divo Stephano Rege (si tamen tanto non sis indignus Magistro) Filium suum Emericum , tum verbis illis , quæ opusculo huic jam præfixi , tum etiam præcedentibus , ita docente Regium solium ornat ordo Pontificum : ac per hoc in Regali dignitate tertium possident locum DD. L. 1. C. 3. Si quis igitur (pergit porro S. Rex) insanus importunitate improbitateque sua , Regem a recto proposito pervertere tentaret , nullisque remediis mitigari posse visus fuerit , licet obsequiis aliquibus sit necessarius , abscondendus est . Fuxta illud Evangelli : Si pes , manus , aut oculus tuus scandalisat te , erue & propjice abs te . Haec tenus Verba Proto Regis nostri DD. L. 2. C. 1. §. 4.

74.) Opponamus jam illa , Verbis Rabulæ : Absit eum

nim

nim ut Sanctum Proto-Regem nostrum , cum peste
hac & labe conferam , Nihil namque comparandi , sed
mere disparandi causa proferam , ut nempe : Contra.
ria juxta se posita , magis eluescant.

Primo itaque Pontificum ordo a Rege pro orna.
mento solii Regii pronunciatur. Ab hoc homine
contra pro detimento ejusdem , & Regiæ Potestatis
periclitatore proclamatur

Secundo Rex Sanctus: Sacerdotes , veluti humani
generis Custodes , ac Divini Sacramenti dispensatores
a Deo Constitutos esse declarat. Hic ab opposito:
veluti humanarum Divinarumque legum eversores
traducit.

Tertio A Parente Rege , Filio Regio Custodiendi ,
sicut pupilla oculi iidem comendantur , & usque-a
deo pro utilibus , ac necessariis Reip. Personis (ut
pote plus omnibus Laborantes) habendi judicantur:
Ut potius Rabula , & infani Nebulones ejusmodi ,
qui ipsos persequuntur ; esto Consiliarii Intimi , &
Ministri Aulici , iique de cætero fors proficui , immo
& necessarii censerentur ; nihilo-secius abscondendi ,
ac projiciendi forent Idque sine ulla mora & di.
latione : membrum siquidem Carcinomate correptum
quantocvys :

Ense recidendum est , ne pars sincera trahatur-

Ovid in Meta
INTI-

INTIMATUM REGIUM
DE LIBERTINISMO

MARIA THERESIA

§. 74. SERENISSIME &c. Ex quo magno cum animi nostri moerore intelligere debeamus: damnatum Libertinismum, seu abominandam de sacra Religione, ac ejus Mysteriis, pro cujusque arbitrio sentiendi Libidinem, in animis multorum jam ita invaluisse; ut palam & publice, sacræ Religioni expolitivis passim verbis & Sermocinationibus, impudenti audacia summaque temeritate illudere non erubescant. Hinc ut DEO; per quem ipsi etiam Reges regnant, & ad cuius amplificandum honorem, & augendam Sanctissimi Nominis Gloriam omnis rationalis Creatura est condita, efformataque: sua majestas. Ipsi vero per eundem institutæ & per Apostolos pragmatæ veræ Fidei, quæ non modo Rerumpublicarum Basis & fundamentum, verum etiam tam temporalis, quam æviternæ Felicitatis fons & Scaturigo est) sua Integritas & Veneratio constant: Dilectioni & Fidelitatibus vestris, hisce benigne ac serio committendum esse duximus, quatenus tam sibi Subordinatis, ac subalternis officiis suis cum extensa harum perfectione, quam & Universis Regni Comitatibus & Districtibus separatas portas habentibus, abrupta omni mora supremo nomine nostro declarare noverint: Benignam eamque absq-

absolutam voluntatem nostram esse, ut damnabilis hic Libertinismus & Indifferentissimus, ubique Locorum penitus & effective ex animis haminum eradicetur, DEO e converso omnipontenti, mysteriis item sacræ Religionis debitus cultus, honos, & veneratio tribuatur. Huncque in finem omnes eos, qui huic criminis stimulo propriæ conscientiæ semet irretitos esse sentiunt, ad instantaneam sui conversionem ea ratione serio præmonitos esse velle, quod, si ab hocce damnato errore, non statim recesserint, tales non secus atque illi, qui in hunc præter omnem meliorem expectationem nostram, nefors adhuc prolaberentur, Pœnæ pro gravitate ipsius Criminis statuendæ prosus exemplari, indispensabiliter subiiciendi, nec minus tales etiam: qui procacibus, scandalosis, & temerariis hujusmodi sermocinationibus intererunt, neque Authores harum rerum, competenti Jurisdictioni illico detexerint, exemplari æque poena afficiendi sunt. Cautum nihilo minus una esse velimus: ne quis sub gravi Responsionis onere, hac via ad alios injuste criminandos & deferendos quaqua ratione abutatur,

Ulterius quoque clementer statuimus & districlim præcipimus, ut Posseffores Librorum, qui seu amplectendo dannato huic Libertinismo, ac Indifferencismo viam quodammodo sternunt, seu ipsis mysteriis fidei illudendo Religionem explodunt, tales Lib-

ros intra spatium octo dierum a die Publicationis præsentium computandum, ipsi comburere teneantur, siquidem calu in contrario, quæcunque demum persona illa fuerit, apud quam ejusmodi libri deprehendentur, aut quæ alios quospidam tales libros habere & saltem legere, vel plane huic damnabili errori adhærere certo sciverit, eosque actutum non indicaverit, ipso facto illi, qua ipsi huic sceleri implexi puniendi venient; pœnæ, absque ullo sexus discrimine sit subjicienda.

Pro finali demum: Superiores cum primis & reliquos jurisdictionatos magistratus, sub incursu indignationis nostræ Regiæ, etiam sub amissione officii, hoc in passu muneris, obligationisque suæ ea ratione commoneri volumus, ut iidem ejusmodi DEO exosos homines non tantum diligent cura observare, verum etiam eosdem pro demerito suo, condigna quoque pœna afficere noverint, nullatenusque intermittent.

De reliquo &c.

Datum Viennæ Austricæ, die 3. Mensis Maii. Anno Domini 1767.

Addo hic Coronidis loco: Ex hoc Intimate manifeste sequi: Libertinismum apud nos damnatæ hæresi esse accensendum: præsertim cum eundem, dimidio ante hoc Decretum Anno prius prædamnaverit etiam Clemens XIII. Brevi suo Apostolico, quod incipit: *Christianæ Reip. salus &c.*

Certum autem est: sententiam, quæ negat: *U-*
niam,

nam fidem salvificam. Speciem esse Libertinismi prout Superius §. 29 seq ostensum est. Cum itaque, Ipso etiam Rabula allegante, DD. Protestantes: cùndem articulis suæ Sectæ adnumerent, periculum sane præsentissimum adeunt; ut si non pænam legalem damnatae hæresi adhærentium incurant: Tolerantiae certo privilegio priventur, utpote: eodem ultra Limites Confessionis suæ, cum cuius solius Articulis Anno 1606 primum subredserunt, abutentes.

Neque enim putent se ita adhuc in Hung. pede firmo stare, ut cadere non possint, utpote pura gratia Regia sustentati, & nec ab illa quidem per approbationem, Sed per meram exerciti Religionarii patientiam. Quis namque vel Protestantum paulo persicatiorum sibi persuadeat: dogmata sibi propria, qualia sunt: *De Cœna, de Libero arbitrio &c.* a Rege Apostolico & Catholicis Regnicolaribus approbari posse? Cum eoipso fierent Acatholici. Toleratur igitur externum ipsorum exercitium cum reprobatione prævorum dogmatum, ad eum fere modum quo Jure Civili tolerabatur olim simplex fornicatio, quatenus non puniebatur; quin tamen peccatum ipsum approbaretur.

Quare si Rabula his Clientibus suis ad extreum (ut minus) Consultum volet (adhuc enim obfuit semper) sequatur illam saltem Advocatorum Regulam; qua jubentur: imminentis periculi suos admonere causantes, quo aliis Juridicis juventur si possint remediis. Adhortetur denique DD. Protestantes: ut quantocvus relevant doctrinæ: fidem non unice Salvificam adstruenti; adeoque omni Libertnismo nisi malint: se se obnoxios reddere præter alias pænas, etiam iis, quæ in prælaudato Intimato intentantur.

INDEX RERUM NOTABILIORUM.

1. Conventus Catholici Vindicæ, pag. 12. 17.
25. 47.
2. Nomen & Charcter Rabulæ. pag. 18. 96. 112.
3. Operis instituti ratio pag. 17. 19. seq.
4. Religio Rabulæ in dubium vocatur. pag. 22.
5. Catholicorum a Sacro illo Conventu se absentantium Intentio e cusatur pag. 23. seq.
6. Religionem præferendam esse Carni & sanguini, etiam Matthiæ Corvini exemplum docet. pag. 24. seq.
7. Principium illud: *Nos prius esse Hungaros quam Religionarios examinatur.* pag. 34.
8. Schismatis accusatio retorquetur in Accusatorem pag. 26. §. 13.
9. De Status intra Statum efformatione differitur. pag. 28. §. 15.
10. Rabula suspectum se redit: de Gallorum fanaticismo, moderna eorum levitas redarguitur. pag. 38.
11. Et Machinatio Regibus metuanda esse censetur. pag. 40. 64.
12. Juramentum, sic dictum: Nationale a nostris præstitum; legibus adversari notatur. pag. 31. seq.
13. Acatholicos compelli posse intrare, & D. Stephanus pag. 41., & alii Reges docuere. pag. 57. seq.
14. Quidnam sit: Constitutionibus Regni contrarii, explicatur. pag. 43. §. 24. seq.
15. Ad valorem legum quidnam apud nos requiratur, indicat. pag. 44. seq.

16. Sensus Clausulæ : *Contradictionibus Dominorum -- non obstantibus, exponitur.* pag. 46. seq.
17. Tolerantiæ limites circumscribuntur. *Ibid.* & 125. seq.
18. *Fidem Salvificam unicam esse*, argumentis etiam (ut dicitur) ad hominem probatur. a pag. 48. ad 53.
19. Libertinismum esse crimen publicum evincit. pag. 55. §. 32. & pag. 125. seq.
20. Eundem pro seditionum incentivo, non immerito habendum esse monet pag. 62. §. 37.
21. Exploditur dictum illud : *Quid quid libere recipiatur, potest etiam Libere dimitti-* pag. 57. & 63.
22. Acatholicos privilegiis Sæ Coronæ, per meram tolerantiam gaudere palam facit. pag. 60. §. 35.
23. Apostasiam, nulla legitima ratione posse dici liberam, immo crimen publicum esse patet exp. 65.
24. Potestatis Regiæ defensores, Ejusdem hostibus opponuntur. pag. 68. seq. & pag. 83. §. 51.
25. Larva Philautiæ Protestantibus dexrahitur. pag. 71. seq.
26. Veram Reip. pacem, in diversitate Religionum inveniri : adynaton esse prohibet, pag. 72. & 80.
27. Unde, eam serio quærentibus, una communis Religio amplectenda, infertur. pag. 75.
28. Quæ nam autem illa esse debeat, determinantur pag. 76.
29. Libertas Religionaria Catholicorum in Anglia & Hol. Umbra est; ad Libertatem Protestanticam in Hungaria, ut videre est. p. 77.

30 Titulus: *Dominantis Religionis*, Soli Romano Catholicæ competere, multifariam ostenditur. pag. 78.

31. Cladis Mohacsianæ causa, in Zápolyam, novo etiam argumento Confertur. pag. 81 seq.

32. Idea Rabulæ: de Potestate Principum sacerularium circa Sacra reprobatur. pag. 84. seq.

33. Substituta eidem vera Regum Hung. potestatis Imagine. pag. 88. & 91, seq.

35. Scholasticorum vero de Limitibus ejusdem Potestatis disputationes, silentio prætereundas esse svadetur. pag. 88.

36. Cui peculiaris quoque observatio, de Bulla Sylvestrina Subjicitur. pag. 89.

37. Calumniæ, & criminaciones Rabulæ in Clerum congestæ, sub unum conspectum, quo earum indignitas magis appareat, ponuntur. pag. 94. seq.

38. Nonnulla Prælatotum de Hungaria bene meritorum gesta, summarie attinguntur. pag. 97. §. 62.

39. Sacerdotes præ Laicis plus laborare testatur ipse S. P. Rex noster. pag. 99.

40. Sublestæ eorum molimina, qui Prælatos dignitatibus Sæcularibus volunt esse ptivatos deteguntur pag. 100.

41. Illorum vero vanos conatus, qui Bonis Ecclesiasticorum insidiantur, Manifestat. pag. 102. seq.

42. Ad Regni felicitatem plurimum conducere Ecclesiasticos Hung. esse opulentos clarum fit ex pag. 103. seq.

43. Culturæ Hungarorum, & Piarum Fundationum eandem esse initialem Epocham pandit. pag. 105.

44. Unde pro iisdem, ac Nomina im pro Benedic-
tinis restituendis peroratur. pag. 106. seq.
45. Insignis Rabulae ruditas, afferentis: Sacerdoti-
um esse incomponibile, cum Politicis dignitatibus,
traducitur. pag. 109, §. 28.
46. Extraordinaria ejusdem in Sacerdotes maledi-
centia, extraordinario pariter allato exemplo confu-
tatur. pag. 111. seqq.
47. Exerratio Rabulae de Cælibatu, exemplis & do-
gmate Christiano emendatur pag. 112. seq.
48. Turpis a Matrimoniis mercatus removetur. pag.
115 seqq.
49. Mixtum inter Xianos Matrimonium secundum se
illicitum, prolium tamen ex eodem progenitarum, in
Fide Catholica educandarum obligatio necessaria esse
declarat. pag. 117. seq.
50. Rabulam, una cum suo Veriore Hungarico
in leges Patrias Commisso: arguit. pag. 128. seq.
51. Seriam Rabulae, de agenda pœnitentia ad-
hortationem continet. pag. 121.
52. Edem debita ergi statum Ecclesiasticum re-
verentia inculcatur. Ibid.
53. Sinistra de Sacerdotio Rabulae sensa, Ipsius a-
deo S. Stephani judicio falsa; ac præjudicia esse con-
vincuntur. pag. 122.
54. Intimatam Regium adversus libertinos promul-
gatum, per extensum refertur. 123. seq. additæ illi
Coronide. pag. 125. seq.

Pag. lin. Errata

Correcta.

12	16	Cujsdem	eiusdem
15	7	hebendum.	habendum
19	6	dō	de
—	17	peciem	speciem
—	18	sergo	ergo
—	22	Sud	sed
23	16	patinodiam	palinodiam
25	11	Fauctori	Fautori
—	12	anta	ante
27	22	Aduciam	Audaciam
29	1	privatim	privatum
30	9	robis	nobis
31	2	1684.	1604.
33	19	13 ^a	Roma. 13 ^a
—	23	au	aut
36	1	propriū	propius
—	14	Pœmata	Pœmata
—	16	nos	nos non
—	21	Papulum	populum
37	1	apparertium	apparentium
40	16	quod	quam
45	1	J.	Illorum
48	2	Adversanico	Adversario.
51	8	sublima	sublimia
55	17	protest	poteſt
58	22	post: Idololatria	pone: ad fidem.
61	25	Infici	Infideli
63	15	omua	omnia
—	23	Vinculatus	Vinculatas
65	19	habantes	habentes
70	13	quæſio	quæſito
71	9	advehiffe	adveniſſe

—	10 inordinatæ.	inordinato,
73	8 post: Crescunt	pone: Discordia
75	16 Natione	notione
79	16 post: Patris, pône:	orthodoxi.
80	25 lutulenro	lutulento
83	15 pertribente	perhibente.
103	14 Valentores	Valentiores
104	24 Vera	Vero
106	21 Luminine	Lumine
110	15 it atamere	ita temere
110	17 emetieus	ementiens
103	3 Suæ	Sua
—	20 Aposolorum	Apostolorum
114	16 gravotos	gravatos
—	24 Matrimonium	Matrimoniorum.
120	8 post: istum pone:	prout hic stat.
123	6 Libirtinismo.	Libertinismo
124	13 Ctiminis.	criminis
128	4 post & pone:	58. 125
129	11 peculiais	peculiaris,

Reliqua. Corriget benevolus Lettor.





